

~~D.X.7~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
~~VII-90~~ VITTEBERG.
—
SIGNAT. ~~cTcLCCCXIII.~~




OPUSCULA,

QVAE

LATINE SCRIPSIT

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

FASCICVLUS II.



HALAE MAGDEBURGICAE
impensis IOH. ANDR. BAVERI

1746.



LECTORI BENEVOLO

SAL. PLVR. DIC.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.



Nihil hic repetam eorum,
quae clar. et rever. M.
GOTTH. CHRISTOPH.
BAKIVS ad primum
programmatum et epi-
stolarum mearum fasciculum praefat-
tus est, ut consilium a se initum lecto-
ribus approbaret. Nouo enim caus-
sae peroratae patrono opus esse non
videtur, in primis vbi nemo unus ap-
paruerit actor. Neque me cognito-
rem dabo rei dudum ita iudicatae ut

):(2 sen-

PRAEFATIO.

sententiae auctoritas a me sollicitanda non sit, quam et emtores ipsique imitatores, et publici nouorum librorum narratores tulerunt, in quibus frequentes fuerunt non approbatores solum sed laudatores etiam cum editoris tum ipsorummet opusculorum collectorum. Vnum illorum commemorabo honoris caussa, scriptorem illius partis supplementorum ad noua acta eruditorum *lipsiensia*, quae tom. IIII se&t. VIII p. CCCLXV etc. libri huius recensionem exhibet: quod et distinctionis latinitate prope effecisset, ut ipsi me scire latine nonnihil crederem, nisi apud animum constaret hanc facultatem negotiosam et difficilem vix cadere in hominem alienissimis curis et scriptioribus distractum, quamque consecutum esse me non profiteor, secutum esse prae me fero; et publice mihi rogandus est notitiam specialioris caussae abdicati a IOACH. IVSTO BREITHAVPTIO correctoratus Wolfenbüttelensis, quam ea est, cuius mentionem feceram in programmate ad exsequias *Breithauptianas* scripto,

PRAEFATIO.

pto, vt historia theologorum et litteraria locupletetur, atque in noua scripti illius editione emendari supplerique possit quidquid ignarus praeterii. Diu id petiissim et exorassem, ut spero, priuatis litteris, si qua humanissimus iudicij illius tam beneuoli monitique adeo liberalis auector mihi innotuisset, aut familiaritatis quidquam intercederet cum quoquam uno societatis eruditae, quae in scribenda hac librorum litterarumque historia feliciter elaborat.

Quidquid igitur a me iam requiri iure potest amplius eoredit, ut breuem censem agam opusculorum, hoc altero fasciculo comprehensorum, ordinisque rationes reddam quo singula disposui, et qui idem fere est quem aestumatissimus editor prioris fasciculi praeiuit, quemque in edendis opusculorum germanice scriptorum fasciculis binis, quoad fieri potuit, obseruavi. Nolui molem libri numerum plagularum, qui ab alphabeto ducitur, multum excedere; quam ob rem dissertationes a me scriptas volens seiun-

PRAEFATIO.

xi omnes, quae solae fasciculum hoc duplo grandiore m effecissent, atque minutiora duntaxat opuscula collegi, quae intra hoc Iustrum prodierunt, quod ab edito primo fasciculo effluxit.

Triplex generis ea sunt, quae continuata serie similium scriptorum praegressae collectionis numeraui. Primum constat programmatibus academicis, quorum duo hic comparent, quae a me ordinis theologici decano ad sacra solemnia natalis *Christi* academie nomine scribenda fuerunt, atque argumentum programmatis quinti in priore fasciculo obuii ita continuant ut tribus his opusculis completerum antiquitatum horum sacrorum anniversariorum breuiarium exhibeatur.

Alterum genus varium magis est, atque tam praefationes duas complectitur, quam indicem disputationum mearum cum accessione appendicis, cuius destinationem ex ipso scripto intelligi malo quam hic enarrare.

Tertius ordo epistolis academicis absolvitur, quarum hic tres classes comparent: prima litterarum ad com milito-

PRAEFATIO.

militones a me in cathedram deductos
datarum; altera ad aliorum moderatorum disputationes publicas scriptarum;
et tertia vnius epistolae, quae
argumenti theologicophilologici est
atque meditationes amici dijudicat,
pias quidem et ingeniosas minus ta-
men probandas, quamque consulta-
tionibus meis theologicis rectius forte
adiecisem, nisi latina lingua scribi de-
buisset, quod is, cui destinabatur,
germanicam non satis callebat, minus-
que conuenire existimarem ut libro
germanico latinae litterae inseran-
tur.

Primae classis epistolas ad tempo-
ris rationes digessi quo scriptae sunt,
quod in singulis alterius classis fa-
ctum non est, quum neque omnes ad
manus essent ubi hunc ordinem exi-
gerem, neque nonnullarum prius mi-
hi in mentem veniret quam recentio-
res quaedam operas typographi iam
subierant. Eo haec scribo consilio, vt
si quarum memoria hic desideretur,
soli id tribuatur obliuioni. Sciens
enim nullam omisi, neque ullam im-
mutauis,

PRAEFATIO.

mutauī, licet nonnulli, ad quos datae fuerunt, vel plane a se descierint, vel spem meam meoque testimonio aliis factam adeo fefellerint, ut vnum illorum, non tamen ex sanctioris doctrinae cultoribus a me informati, post amplissimae fortunae dissipacionem et interitum sacrorum nostrorum, vt dolens audiui, desertorem nunc agat. Quorum pauciorum iactura, quod DEO acceptum refiero, abunde compensatur virtute longe plurium, quos vel breue stadium laborum proficuorum emensos beneque paratos ad beatorum sedes transiisse resciui vel adhucdum de litteris et re sacra, publice plerosque, laudabiliter mereri compertum habeo et testificatum.

De argumentis litterarum, quae non officiosae tantum sunt, nihil memorandum admodum habeo praeter hoc vnum, epistola trigesima nona conuelli opinionem perillustris eo tempore academiæ nostræ cancellarii IO. PET. de LVDWIG de authentia latini codicis *aquileiensis* et *pragensis* conscriptoque euangelio MARCI non

PRAEFATIO.

non *graeca* sed *latina* lingua, quam
breui ante in ephemeridibus, quae
singulis hebdomadibus hic prodeunt,
publicauerat scripto, quod collectioni
inscriptae *gelehrte Anzeigen in alle
Wissenschaften* tom. III p. CCCCLII etc.
insertum nunc legitur. Ex epistola
quadragesima intelligitur respondisse
scriptorem impugnatum, ne vadimo-
nium deseruisse videretur, meque pri-
mum de iteranda confutatione cogitas-
se. Quod consilium tamen mutauit post-
quam finem responcionum longiorum
conspexi, quae in libro excitato a pag.
CCCCLVIII etc. deprehenduntur; at-
que non solum de codice manuscripto
aquileiensi plane silent; verum etiam
alteram quaestionem controversam
adeo variant, ut negata prius scriptio
graeca huius euangelii a MARCO di-
ferte concedatur atque in integrum
restituantur. Successerunt aliae lites cum
scriptore admirabilitatum et nouita-
tum incredibiliter cupido, de quibus
copiosius differui pluresque rationes
abruptae prioris contentionis exposui
in praefatione ad fasciculum tertium

CON-

PRAEFATIO.

consultationum theologicarum plag.
VIII pag. III etc.

Menda typographica infrequentiora fore confido, quam in priore fasciculo fuerant, et ita comparata pleraque, ut illico appareant neque sensum turbulent; cuiusmodi in prima libri pagina occurrit, vbi *annua sacrae pro annua sacra* legitur.

Prolixioris praefaminis fugam, quam aliae nunc operaे plane imperant, letores non indignabuntur neque exiguum hoc industriae academicae meaeque in litteras voluntatis documentum gravabuntur, quos aeque ac labores meos vniuersos prouidentissimo immortalis DEL numini cupio esse quam commendatissimos. Dedi Halae propter Salam in acad. Frideric.

d. xxxi Dec. cīc lcc xxxxv.

IN^o



INDEX OPVSCVLORVM,
QVAE
IN HOC FASCICVLLO
EXHIBENTVR.

PROGRAMMATA ACADEMICA

- VII. Commentatio de Mense dieque memoriae Christi nati antiquitus consecrato. pag. 1-56
- VIII. Succincta enarratio solemnium, quibus memoria Christi in lucem editi antiquitus celebrata est. p. 57-94

PRAEFATIONES.

- I. de exercitationibus, quibus facultas interpretandi libros diuinitus scriptos comparatur, ad Petri v. Haven Commentationem analyticam in Epistolam Pauli ad Titum. p. 95-126

II.

INDEX

II. ad Catalogum Bibliothecae Ioh. Henr.
Schulzii. p. 127-134

CATALOGVS DISPVTATIONVM

Index tam disputationum sub praesidio
meo adhuc habitarum, quam argumen-
torum quae opportune disputari pos-
se videntur, p. 135-160

Appendix indicis disputat. p. 161-166

LITTERAE ACADEMICAЕ

AD
SOLEMNIA DISPVTATIONVM
PVBLICARVM,

I) sub praesidio meo habitarum

XXVIII. ad Disputat. XIII, de *avocato*
Christi eiusdemque necessitate. p. 169

XXX. ad Disput. XV, de peccato in spiri-
tum sanctum ad ductum loci classici
Hebr. VI, com. III, V. VI. p. 172

XXXI. ad Disput. XVI, de pietate mini-
stri ecclesiae ab auditore caute ex-
aminanda. p. 176

XXXII.

OPUSCULORVM.

XXXII. ad Disp. XVII, seu examinis miraculi legionis fulminatricis contra Thom. Woolstonum, diff. I. p. 180

XXXIII. ad Disp. XVIII, de infallibilitate pontificum romanorum *αυτοκαρακερω.* p. 185

XXXIV. ad Disp. XVIII, seu examinis miraculi legionis fulminatricis Dissert. II. p. 189

XXXV. ad Disput. XX, seu vindicias potiorum Christi testimoniorum, quibus superioritatem patris affirmare videtur. p. 194

XXXVI. ad Disput. XXI, seu examinis miraculi leg. fulmin. Diff. III. p. 198

XXXVII. ad Disp. XXII, seu examen sententiae veterum christianorum de militia. p. 201

XXXVIII. ad Disp. XXIII, de imputatione peccati adamitici posteris facta. p. 208

XXXIX. ad Disp. XXIII, seu vindicias textus graeci noui Testamenti contra JOH. HARDVINUM. p. 213

XXXX.



INDEX

XXXX. ad Disp. XXV, de scientiae, fidei et experientiae discrimine et nexu in theologia necessario. p. 231

XXXXI. ad Disp. XXVI, de vindiciis demonstrationum diuinitatis sacrae scripturae a suspicione circuli vitiosi. p. 236

XXXXII. ad Disp. XXVII, seu vindicias poenarum aeternarum oppositas auctori epistolarum *sur la religion essentielle.* p. 241

XXXXIII. ad Disp. XXVIII, de Christo homine obligatione legum diuinarum antecedente et externa soluto. p. 250

XXXXIV. ad Disp. XXVIII, de vocatione Dei ad salutem, variis eiusdem gradibus et graduum rationibus. p. 253

XXXXV. ad Disp. XXX, de efficacia script. sacr. naturali et supernaturali. p. 259

XXXXVI. ad Disp. XXXI, seu demonstrationem extra ecclesiam non dari salutem. p. 264

XXXXVII. ad Disp. XXXII, de praestantia religionis reuelatae prae naturali. p. 267

XXXXVIII.

OPVS CVLORVM.

- XXXXVIII. ad Disp. XXXIII, de vltima coena Christi paschali. p. 271
- XXXXVIII. ad Disp. XXXIII, de conuersione non instantanea. p. 275
- L. ad Disp. XXXV, seu historiam trifagii. p. 279
- LI. ad Disp. XXXVI, seu vindicias verae et realis corporis et sanguinis Christi in sacra coena praesentiae ab oppugnacionibus BEN. HOADLY, p. 282
- LII. ad Disp. XXXVII, de regno posterorum abrahami in aegypto. p. 293
- LIII. ad Disp. XXXVIII, de Iuda sacrae coenae conuiua. p. 297
- LIV. ad Disp. XXXVIII, de circumspetione haeresiologica. p. 300
- LV. ad Disp. XXXX, de discriminе reuelationis et inspirationis. p. 309
- LVI. ad Disp. XXXXI, de propagatione et gradibus peccati originalis. p. 313
- LVII. ad Disp. XXXXII, de Paullo gentium apostolo contrathom. MORGANVM. p. 318
2) ad disp. aliis moderantibus defensas.
- LVIII. ad Diff. philosophicam de legibus ac poenis conuentionalibus in genere. p. 322

LVIII.

INDEX OPVS CVLORVM.

- LVIII.** ad Diff. philologicam de sensu *Pf.*
XXII. comm. XVII. p. 325
- LX.** ad Disp. medicam inaugur. de prolapsu
intestini recti pro tuberculis haemor-
rhoidalibus perperam habito. p. 327
- LXI.** ad Diff. de Augusto contraria medicina
curato. p. 329
- LXII.** ad Disp. de fidei in Christum in vete-
ri Testamento existentia. p. 32²
- LXIII.** ad Disp. de autographorum biblico-
rum iactura rei christiana et innoxia
et utili. p. 33⁶
- LXIII.** ad Diff. medicam inaugural. de chi-
rurgia chirurgiae necessaria. p. 339
- LXV.** ad Diff. physica, de caussa pellucida-
tis. p. 34^r
- LXVI.** ad Disp. theologicam, de primo pri-
morum hominum peccato. p. 343
- LXVII.** ad Diff. de integritate capit is 46 Ge-
neseos contra SAM. SCHVKFORDII dubia
vindicata. p. 347

APPENDIX

- Epistolae LXVIII,** quae Responsum et Iu-
dicium theologicum comple&titur de
scripto specimine, quod eidem pra-
mittitur. p. 35^r
- PRO-

PROGRAMMA ACADEMICVM VII.

SEU

COMMENTATIO
DE MENSE DIE QVE MEMO-
RIA E CHRISTI NATI AN-
TIQUITVS CONSECRATO

QUA

ANNVA SACRAE

JESV DOMINI IN LVCEM EDITI

AD D. XXV. DEC. CIO IO CC XXXX.

INDICVNTVR.



Q. D. B. V.



ISVM EST nobis natalem IESV
DOMINI ex more academico
indicturis, in *mensem diemque* memoriae CHRISTI in lu-
cem editi antiquitus confe-
cratum inquirere (a). Aut
enim tori fallimur aut gratum vobis, ci-
ues aestvmatissimi, atque e re vestra erit
consuerudinis quotannis obeundae origi-
nes rationesque non ignorare, ad suum
ipsi pretium ex aequo statuendum, VESTRI-

A 2

QUE

(a) Ad continuandam antiquitatum huius festi
tradtionem ante biennium inceptam program-
mate, quod in clar. BAKII collectione program-
matum baumgartianorum quintum est cf. l. c.
p. CXVIII. not. a,

PROGRAMMA

QUE quid officii sit ferio cogitandum. Partiemur hanc disquisitionem in quatuor capita, ut *primum* historiam duplicitis consuetudinis, quae in ciuitate CHRISTI inualuit, celebrandi hunc natalem diuerso tempore, breuiter enarremus; *deinde* vtriusque rationes subducamus et fundamenta diiudicemus; *postea* varios multorum conatus certiora eruendi lustremus; et causas *tandem* vsumque legitimum ignorationis huius examinemus in rem nostram.

ORSVRI IGITVR ab historia temporis, quod in populo CHRISTI solemnii huic memoriae annuae consecratum est, ex antiquitatum monumentis compertum exploratumque habemus, duas tantum opiniones de *natali mense dieque* domini publice obtinuisse sacris anniuersariis confirmatas. Licet enim veteres non minus dissenserint quam recentiores in tempore hoc determinando, arque in sententias longe plures abiерint (b) a CLEMENTE ALEXANDRINO (c) et

EPÍ-

(b) Variae sententiae veterum recentiorumque de *natali mense dieque* CHRISTI exhibentur in 10. FRID. MAYERI diatriba de eo, *quod quilibet anni mensis gloriam nati seruatoris ambitiosè sibi asserat* an, cibicci edita, et ex illa cum accessionibus in 10. ALB. FABRICII *bibliogr. antiquar. c. X. §. XVI. p. CCCXXXII etc.*

(c) Verba CLEMENTIS Stromat. lib. I. p. CCCXXX ed. colon. an. 1510 CLXXXVIII haec sunt sigl.

EPIPHANIO (d) commemoratas, solae tamen
duae, quae *diem XXV Dec. et d. VI Ianuar.*
huic

εἰσὶ δὲ οἱ περιεργότερον τῇ γενέσῃ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οὐκόνον τὸ ἔτος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν προστίθεντες. Ὡν Φασιγένους καὶ Αὐγούσου, ἐν πέμπτῃ Πάχων καὶ εἰκαδίᾳ. οἱ δὲ ἄποδοι Βασιλεῖδον καὶ τὸν Σωτήρα πάντοις αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ἰορτάζουσι, προδιανυκτερέουντες ἀναγνάσσεται. Φασὶ δὲ εἶναι τὸ πεντεκαίδεκατον ἔτος Τίβεριου Καλλίσαρος, τὴν πεντεκαίδεκάτην τοῦ Τυβοὶ μηνὸς, τινὲς δὲ αὐτὴν ἐνδέκατην τοῦ ἀντοῦ μηνὸς, τὸ τε πάθος αὐτοῦ ἀκριβολογούμενοι Φέρουσι, οἱ μὲν τινες, τῷ ἐκκαιδεκατῳ ἐτεί Τίβεριου Καλλίσαρος, Φαρμενωθὲν, οἱ δὲ, Φαρμενωθὲν κέ, ἀλλοι δὲ, Φαρμενωθὲν οὐ πεποθέντες τὸν σωτῆρα λέγουσιν, ναὶ μὲν τινες ἀντάν φασι Φαρμενωθὲν γεγεννηθεῖ καδὲ κέ, quae sic latine reddi solent: *junt autem, qui curiosius natali domini non solum annum, sed etiam diem addunt, quem dicunt XXVIII anni Augusti in XXV Pachone. Basilidis autem sectatores, eius quoque baptisini diem celebrant, rotam praecedentem noctem in lectionibus transigentes, dicunt autem, eum esse quintum decimum annum Tiberii XV mensis Tubi. Aliqui autem eum esse XI eiusdem mensis. Et de eius passione subtilius differentes, aliqui quidem XVI anno Tiberii Caesaris XXV Phamenoth, alii vero XXV Pharmuthi, alii autem Pharmuthi XVIII dicunt passum esse dominum. Quin etiam dicunt ex iis aliqui eum natum esse XXIII vel XXV Pharmuthi.*

(d) Postquam EPIPHANIVS haeres. LI secl. XXIII suam sententiam dixerat γεννηθέντος γάρ αὐτοῦ περὶ τὸν Ιανουαρίου μῆνα, τοντέσι πρὸ ὁκτὼ εἰδῶν Ἰανουαρίων, ὃ τις ἐσὶ κατὰ Ρωμαίους πέμπτη (PETAVIO ἔκτη) τοῦ Ιανουαρίου μηνὸς, κατὰ Λιγυστίου Τυβοὶ ἐν δικατῃ, κατὰ Σύρους, εἰτούτῳ Ἐλληνας, Αὐδυνέου ἕκτου,

huic memoriae accommodarunt, ex quo
ab ineunte saeculo quarto celebrari coepit
(e)

κατὰ Κυπρίους εῖτον Σαλαμινίους πέμπτου πέμπτη,
κατὰ Παφίους ιόντου τεσσαρεσκαιδεκάτη, κατὰ Αἴγαβας
Α' λειδμὲ κά, κατὰ Καππαδόκιας Αταρτίη^η, κατὰ
Εὐρωπίου Τιβερίη^η, κατὰ Α' Θηνάριου Μαιμακτηρίου
τ' &c, quae sic latine vertuntur; quum enim
Ιανουαρίο mensē natus esset VIII Id. Ian, qui est
apud Romanos Ιανουαρίi dies VI; Aegyptiis Τύβι
Xt, Syris siue Graecis Ανδυναι VI; Cypriis siue
Σαλαμινīs quinti mensis dies V; Ραφιis Ιουλίi
XIII; apud Arabes vero Αλεον ΞΙΙ; Καππα-
δοκίbus Αταρτae XIII; Ηβραιis Τεβεθ XIIII;
Αθηνιεσbus Μαιμακτηρίonis VI. &c: seclitione
XXIII aliorum opinionem ita enarrat, φάσκε δὲ
ὅτι προδεκαδέν Καλανδῶν Ιουλίαν, ή Ιουνίαν, οὖς ἐχω λί-
γειν, οὐ υπατεῖσα Σουλπικίου Καμμαρίου, Βητλέω Πομα-
πηνίφυ υπάτεσσι, τούτο δὲ εἰσκόπησα, ὅτι καὶ εἰπόν-
τες τὴν ημέραν τῆς συλλήψεως, καὶ αἱ εὐηγγελίσασα ὁ
Γαβριὴλ τὴν παρθένον, εἰτον τὴν υπόνοιαν τῶν τινῶν
λεγούντων ἐν παραδόσει, ὡς ἄτε διὰ ἐπίλα μηνῶν ἐγεννήθη
Εὐρηκαμεν γάρ ἀπὸ τούτου τοῦ Προποτάνος, ἐαυτὸν εὑδε-
κάτης Τυβί, καὶ πρὸ οἰκτῷ εἰδῶν Ιανουαρίων, ὅτε ἀλη-
θῶς τὰ Θεοφάνια ἐγένετο, καὶ ἐγεννήθη, ἐπίλα μηνῶν
Χερόνου κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον παρὰ ημέρας τέσ-
σαρας. ὥστε οὐν εἰ εὔροις εἰ παραπημεῖσθετε ποὺ γε-
γραμμένα μὴ σφαλλοῦ περὶ τὴν εἰδότην. τῷ μὲν γάν-
δῃ τῷ γέννησις τοῦ Χριστοῦ ή βεβάια Τυβί εὑδεκάτη εἶται
quae latine ita se habent: addunt XII Kal. Iul.
siue Iunias, neque enim certo scio, nativitatem
CHRISTI accidisse, Sulpicio Camerino & Buteo-
ne Pompeiano coss. Quia illud etiam animad-
uerit, eos qui conceptionis diem definire conati
sunt, quo sanctus GABRIEL caelestem virginis nun-
ciam

(e), in consuetudinem publicam et solem-
nem transierunt, reliquis posthabitis pri-
uataeque opinioni relictis (f).

VNA

rium attulit, nonnullorum inhaesisse sententiae
qui septimo mense CHRISTUM in lucem editum ar-
bitrati sunt. Siquidem ab illo tempore ad XI Ty-
bi sine VIII Id. Ian. quo die vere theophania fu-
erunt, et CHRISTUS natus est, mensum lunarianum
septem, si dies IIII excipias, spatium interce-
dere. Quamobrem si haec alicubi forsan adno-
tata legeris, caue ne in errorem incidas: sane
quidem natalis CHRISTI fixa est XI Tybi.

(e) Quod in programmate supra excitato (a)
euictum deditus.

(f) Neque iis, quae assertimus, repugnat *Copta-*
rur, Aethiopumque consuetudo, ut qui prea-
ter memoriam nativitatis CHRISTI quoquis die
XXVIII singulorum mensium celebratam, so-
lemnia huius memoriae saera cum ieiunio
praegraeso die XXVIII Augsti obire solent:
vt ex fatis sacris harum ecclesiarum in IOBI LV-
DOLFI commentar. ad bish. aethiopicam a p.
ccccLXXXV ad ccccXXXVI obuiis appetet.
Sequuntur enim ea consuetudine sententiam
occidentalis ecclesiae, quae nativitatem CHRIS-
ti diei XXV Dec. et baptismum d. VI Ian.
affixit, quod ex indole anni aegyptiaci solaris
eiusque epocha adiaca aliter fieri non potuit.
Nam quum horum annorum primae calendae
seu auspicia in d. XXVIII Aug. anni Juliani
romani incident, qui primus dies Toti aegy-
ptiaci factus est, necessario d. XXV Dec. seu
mensis duodecimi atque ultimi in d. XXVIII
mensis Maseri, dies vero VI Januar. seu pri-

VNA SENTENTIA habendi mensem IANUARII eiusque *d̄iem VI* pro natali CHRISTI orientem maxime occupauit et AEGYPTUM, quae plerumque orientalium ritus securā est, vt reliqua AFRICA occidentalium. Ipsa denominatio, quae huic diei adhaesit et propria mansit, EPIPHANIAE et THEOPHANIAE, satis demonstrat antiquissimam hanc consuetudinem. Ipse enim CHRISTI in terrarum orbem aduentus, qui nativitate contigit, a veterīmis christianis hac voce insigniri consueuit, quae nec deorum cultoribus hoc significatu incognita fuit deorum commentitiorum apparitiones ita vocare solitis (g). Praeter EPIPHANIVM, qui magna certi persuasione hanc opinionem publicis sacris stabilitam commemorat (h),

idem

mi mensis in d. XI *Tōth seu tybi* incidere debuit. De quo conferatur DION, PETAVII doctrina temp, tom. I, lib. IIII, c. V, p. CLXXII. et part. II. lib. X, cap. LXXIII, p. CLVI. Vnde satis elucet, quam egregie fallantur, qui ex hac consuetudine *aegyptiaca et abyssinica* nouam opinionem de tempore CHRISTI natali in mensem *augustum* coniiciendo effingunt.

(g) Quod exemplis bene multis effecit IO. CASP.
SUICERVIS in thes. eccles. sub voce *ιπιφανεια* tom.
I, p. clxcLXXXVII etc, cf. IO. BAPT. GOTELE-
RIVS ad const. ap. lib. V, c. XII, n. XXX.

(h) Praeter loca (d) adducta idem paullo post
vltima verba excitata haer. LI, sect. XXVIII.
ita pergit ὥμετος in πατραχόθεν ἐνδικάτην Τυβι κατ^α
ΑΙΓΑΥΩ

idem testatisimum faciunt IOAN. CHRYSTOMVS (i) et CASSIANVS (k). Neque illa
vete-

**Αιγυπτίους ή προειδημένη τοῦ Κυρίου ἐν σαρκὶ γένηται εὐγένετο: quia quid sit, non dubium est XI die Tybi secundum Aegyptios salvatoris ortum accidisse: & ib. sect. XXVII sic loquitur καὶ μετὰ τὸν ἄλλον ἐναυτὸν ὑπερβάς αὐτὸν τῆς τῶν γενεθλίων ἀντοῦ ημέρας, τοντέστι Ἐπιφανίων, ὅτι τούχανει ἔκτη Ιανουαρίου μηνός, κατὰ δὲ Αιγυπτίου Τυβί εὐδεκάτη &c. ac praeterea tertium iam iniisset annum, ab eo die quo natus est, hoc est Epiphaniorum, quae in VI Ianuarii mensis, Aegyptiis vero iypbi XI incurvant. His gemina occurrant ibid. sectio-ne XVI, & in eiusdem exposit. fidei sect. XXII.*

- (i) *Duo laca CHRYSOSTOMI hic adduci merentur. Vnus exstat tom. V. serm. XXXIII. p. m. ccccXVII. vbi n. D. haec verba leguntur ἐν γαρ οἴδα ὅτι πολλοὶ ἔτι καὶ νῦν πρὸς ἀλλήλους ἀμφιθογοῦσιν, οἵμεν εὐγκαλοῦντες οἱ δὲ ἀπολογούμενοι, καὶ πολὺς περὶ τῆς ημέρας τάντης πανταχοῦ γίνεται λόγος, τῶν μὲν αἰτιαμένων ὅτι νέος τίς ἔτι καὶ πρόσφατος καὶ νῦν εἰσενιγεῖται, τῶν δὲ ἀπολογούμενων, ὅτι παλαιὰ καὶ αρχαῖα ἔτι, τῶν προφητῶν ἡδὲ προειπόντων περὶ τῆς γεννήσεως ἀντοῦ, καὶ ἀνώδην τοῖς αὐτὸν Τεάκης μέχει Γαδείραν φίκουσι κατάδυλος καὶ ἐπίσημος γέγονος, πατη multos etiam nunc inter se de eo ipso disceptare probe noui; et hos quidem illum reprehendere, alios defendere. Breuiter, multis ubique de hodie sermo, partim incusatium, quasi nouus sit, nuncque recens inuectus; partim eundem propaginatum tanquam antiquum admodum et vetustum, cum et olim natiuitatem eius prophetae praedixerint et iam inde a primordio ab ipsa Thracia Gades usque incolentibus manifes-tatus et celebris fuerit. Quibus verbis eviden-*

PROGRAMMA

veterum loca, quae EPIPHANIAM seu THEOPHANIAM, atque adeo et natalem domini in quibusdam ASIAE locis d. V Ian. celebratam fuisse perhibent (l), peculiarem et ab hac

ter significatur, illam consuetudinem celebrandi nativitatem CHRISTI d. XXV Dec. Europae et occidentali ecclesiae propriam fuisse, in oriente saltem, sicuti, ut deinde probabitur, inuuluit eo saeculo, rariorem fuisse. Alter locus exstat in homil. VIII in pascha, quae inter panegyricos sermones dubios tom. V. edit. Saulianae occurrit, cuius tamen genuinam antiquitatem vindicat IAC. VSSERIVS de anno sol. maced. c. 11. vbi CHRYSOSTOMVS perhibet Theophania peragi ημέραν αετομένην τρικαθεκάτη τετάρτου μηνὸς κατ' Ασιανὸς die certa et definita, decima ter-tia quarti mensis secundum Asianos, quae dies in d. V Ianuar. incidit; de qua vnius diei differen-tia a communiore sexto die VI. Ian. paullo post agetur. Idem etiam commemorat hom.

H in Lucum.

(k) Collat. X cap. II, vbi rem sic enarrat: *intrā Aegypti regionem mos iste antiqua traditione seruat, ut peracto Epiphaniorum die, quens provinciae illius sacerdotes vel dominici baptismi, vel secundum carnem nativitatis esse definiunt, et idcirco utriusque sacramenti solemnitatem non bifarie ut in occiduis provinciis, sed sub una diei huius festinitate concelebrant etc.*

(l) In loco EPIPHANII haer. LI, sect. XXIII. (d) PETAVIUS sibi ipse non constat, arbitratus vel lectionem mutandam esse, quod in margine editionis suae etiam fecit, vel EPIPHANIVM locutionem latinam ante d. VIII id. Ian. grae-

cc

hac frequentiori opinione de fixa die his sa-
cris d. VI Ian. diuersam consuetudinem
commemorant, sed eandem omnino; quum
illud vnius diei discrimen ex diuersitate
fastorum annique solaris ASIANORUM et MA-
CEDO-

ce redditam πρὸ ὀκτὼ σιδῶν Ιανουαρίου perperam
intellexisse de nonis Ian. seu d V, quum tex-
tum significaret. cf. eius obs. ad Epiph. et au-
gustar. operis de doctr. temp. lib. VI. c. XI. PHOT-
TIUS cod. CCXXXII ed. HOESCHELIAMAE p.
C CCLXXI ex STEPHANO GOBARO tñfert τίτοι
δὲ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μηνῶν τελεοθέντων Σ'
τουνίσης Ιανουαρίου εἰ, κατὰ τὸ μήνον τῆς γυντὸς, ἥτις
εἰσὶ πρὸ ὀκτὼ σιδῶν Ιανουαρίου, peperit autem du-
minum nostrum IESUM CHRISTUM expletis men-
sibus nouem videlicet Ianuarii quinto, media
nocte, quae est ante VIII. id. Ian. HIERONYMUS
in comm. in Hesek. c. I. com. I. haec scribit:
illud quoque intelligendum, quod in tricesimo
suac aetatis anno dominus ad baptismum venerit
in quarto mense, qui apud nos vocatur Ianua-
rius, et est in anno primus exordio praeter nla-
san mensē nonorum, in quo pascha celebratur.
Apud orientales enim populos post collectionem
frugum et torcularia, quando decimae defere-
bantur in templum, october erat primus mensis
et Ianuarius quartus. Quintam autem dienū
mensis adiungit, ut significet baptisma, in quo
aperti sunt CHRISTO caeli, et epiphaniorum dies
huc usque venerabilis est, non ut quidam putant
natalis in carne, tunc enim absconditus est et
non apparuit. Conferatur praeterea locus EV-
THYMII ex panoplia et IOANNIS CITRI EP. a COE-
LERIO adducta patr. apost. tom. I. p. CCCXIII.

PROGRAMMA

CEDONUM ab aliarum gentium computo enatum sit (m).

ALTERA OPINIO, qua nativitas domini ad diem XXV Dec. seu VIII Cal. Ianuar. figuratur, ROMAE orta est, et saeculo quarto iam occidentem peruaferat (n), licet narratio AMM. MARCELLINI de IVLIANO (o) collata cum

10.

(m) Ab aequinoctio autummali hic annus incipiebatur, cuius proinde initium quarti mensis in solstitium brumale incidit; in quo constitudo vel d. XXV Decembr. quod Romani fecerunt, vel die proxime praegresso d. XXIII Dec. diuersae olim sententiae obtinuerunt. Conferatur de difficillima hac disquisitione chronologica IAC. VSSERII *dis. de Macedonum et Asianorum anno Solaris*, in primis cap. II, HENR. NORISII *ann. et epochae Syromacedonum diss. I. oper. tom. II.* et omnium maxime HENR. DODWELLI *de veterib. graecor. romanorumque cyclis diss. VIII. sect. X et XII.*

(n) Teste CHRYSOSTOMO *tomi V. hom. XXXIII. vbi praeter verba (i) excitata sic scribit ὅτας καὶ ὄντη ηὔσεια, παρὰ μὲν τοῖς τὴν ἑσπέραν δικοῦσιν ἀναθεῖν γγωνεῖσθαι, περὸς ηὔσειας δὲ κομιδίσταν νῦν, καὶ ὃν περὶ πολλῶν ἐτῶν ἀπόδον ὄντας ἀνέδειπνε, non aliter hic dies, quam ab exordio iis, qui in occidente habitant, cognitus fuerit, nunc ad nos demum non ante multos annos transmissus repente ita increvit &c.*

(o) *Rer. Gestar. lib. XXI. p. m. CLXXXIII! &c. Utique omnes nullo impediente ad sui fauorem illiceret adhaerere cultui christiano fingebat, a quo iam pridem occulte descivierat, arcanorum participibus paucis. - - - Et ut haec interim carentur feriarum die, quem celebrantes mense Ianua-*

io. ZONARAE (p) relatione, de GALLIS hanc consuetudinem illius temporis dubiam red- dat (q). Neque exempla desunt, quibus effi-

Iannario christiani Epiphania dictitant, pro- gressus in eorum ecclesiam solenniter numine orato discessit.

(p) *Annal. tom. II. lib. XIII. cap. XI.* οὐδη δὲ τὴν εἰς χειρὸν ἔχομοσά μενος πίστιν, ἡνδεῖσθαι διὰ τοῦτο τοὺς εργατιώτας, εἰδὼς σχέδιον κυριπάττας Χριστιανούσοντας. - - - αὐτὸς δὲ τῆς γενεθλίου τοῦ Σωτῆρος ἡμέρας ἐφεσκύνεις, εἰσῆλθεν εἰς τὸ γαόν, καὶ προσκυνήσας, ίπε οὐρανός τοὺς εργατιώτας δοκῆ, ἀπῆλθεν. Quum vero iam pri- dem christianam eiurasset fidem, verebatur ob id milites, quos fere omnes christianos esse norat. - - - Ipse vero natali die salvatoris in templo ad- orat, ut consentire cum militibus videatur.

(q) Duo hic coniici possunt. Vel galliarum eccl- sias a graecis fundatas Asiae et orientis consue- tudines obseruasse; quod tamen improbabile est, quum propagatio doétrinae christiana per graecos ad colonias graecas galliarum tantum pertinuit, neque obfuit quin gallia omnis in diuortiis rituum opinionumque inter orienta- les et occidentales horum partes sectaretur; quod in his sacris nativitatis CHRISTI peragen- dis eo verisimilius est, quo certius illa diu post hanc fundationem ecclesiarum gallicarum in- trudi coepit. Vel ZONARAM, qui huius na- rationis quidquid habet, MARCELLINO debere vi- detur, inuenta EPIPHANIAE mentione, coniectu- ra admodum sibi probabili visa substituisse na- talem domini ut celebriorem et solemniorē, quod nouerat saec. IIII illum multis in locis mense Ianuario celebratum, eoque EPIPHANIAE nomine insignitum fuisse, atque forte exissima- bat

PROGRAMMA

efficitur eodem iam saeculo III, non solum
CONSTANTINOPOLI (r), verum etiam in qui-
busdam ASIAE (s) locis obtinuisse illam sen-
tentiam. Saeculo vero quinto AEGYPTUM
occupauit (t) et in ecclesia HIEROSOLYMITA-
NA

bat hanc orientalem consuetudinem eo tempo-
re ubique obtinuisse.

(r) Praeter CHRYSTOMVM, qui l. c. (i) occidenta
a Tbracia ad Gades hanc consuetudinem tribuit:
ex homilia XXXVIII GREGORII NAZIANZENI illud
apparet, quae *Constantinopoli* habita fuisse vi-
detur die natali CHRISTI, quem *Theophaniam*
vocat, breuique excipiendum esse pronuntiat
festo luminum seu epiphaniam.

(s) De *Antiochia* res indubia est ex testimonio
CHRYSTOMI (i). SEB. TILLEMONTIS *memoires de*
l' hist. eccl. tom. I. obs. III. in vit. CHRISTI p.
CCCCXVIII. multus est in demonstranda hac
consuetudine per *Cappadociam* suec. III iam
introducta, quod ex nonnullis veterum relatio-
nibus de vita BASILII M. colligere satagit: satis
tamen caute tandem pronuntiat, siquid illius
eo tempore in *Cappadocia* obrinuerit, notitiam
CHRYSTOMI id plane fugisse; quod omnino
veridissimum est.

(t) ATHANASI testimonio nihil hic efficitur, quod
ex subditio opere *quaestionum ad Antiochum,*
quaest. LIII. desumitur, neque quidquam de-
monstrat praeter priuatam sententiam de an-
nuntiatione et conceptione CHRISTI ad d. XXV
Martii figenda, CASSIANI autem testimonio
aperte contradicit. Saec. tamen V in *Aegypto*
haec sacra d. XXV Doc. celebrari coepisse appa-
ret ex titulo homiliae PAVLLI EMESENI d. XXVIII
men-

NA (u) recepta fuit, atque saeculo sexto tanta incrementa cepit, ut altera consuetudo huic vbique, sensim tamen et per interualla, loco concedens nusquam remanserit, si a solis ARMENIS discesseris pristini moris orientalium ea in re obseruantissimis. Quod non magis argumentorum pondere aut verisimilitudine contigisse videretur, quam persuasione rei christianaee plurimi interesee numerum sacrorum solemnium dierumque festorum, quoad fieri posset maxime, augeri et multiplicari (w).

CEN-

mensis *Choiac*, qui cum die XXV. *Dec.* conuenit, ALEXANDRIAE habita coram CYRILLO, quod in *actis concil. ephesini part. III. cap. XXXI.* perhibetur; neque minus ex ISIDORO FELVSIOTA, qui *lib. III ep. CX theophaniam* et nativitatem CHRISTI ut duo festa diuersa commemorat.

(u) In COMBEFISII *auctario* et IOANNIS NICAENTI epistola *de nativitate CHRISTI* occurrit et BASILI SELEVCIENSIS orat, de STEPHANO, quibus IVENALIS saec. V. *Hierosolymis festi* huius d. XXV *Dec.* celebrandi consuetudinem introduxit dicitur. Eadem perhibentur in narratione, quam COTELERIVS ex *codd. mscr.* inseruit *obseruationi XXXI ad constit. apost. lib. V c. XIII.*

(w) Atque haec ratio reliquos coetus ab orthodoxa ecclesia graeca separatos tam *monophysitarum* quam *nestorianorum* permouit ad sententiam hanc ipsumque ieiunium diem XXV *Dec.* praegressum amplectendum. Quam ob rem haec rituum consensio illarum consuetudinum vetustiorem originem, iploque ortu harum festarum antiquiorem, nequaquam comprobatur.

CENSVM NVNC agemus rationum, quibus vtriusque sententiae huius causa agitur, atque ab illorum argumentis initium faciemus, qui diei VI Ian. natalem CHRISTI vindicatum iuerunt. Multum iuuaremur in hoc examine felicius instituendo, si quid vel certi commonstrari vel probabilis faltem coniici posset de occasione figendi sacra memoriae CHRISTI in lucem editi ad d. VIII id. Ian. Ipsa enim cumulatior multitudo quatuor beneficiorum diuinorum (x), quorum memoria simul celebranda in hunc diem congesta fuit, indubium efficit, persuasiōni de singulis his beneficiis eodem die generi humano primum exhibitis, eius consuetudinis nihil omnino tribui posse: quum faltem baptismus CHSISTI et primum eiusdem miraculum CANAE perpetratum eodem die accidere non potuerunt, neque magorum adoratio ipso die natali contigit.

(x) Quadruplicem CHRISTI manifestationem epiphaniis celebrarunt veteres, et natuitate, et magorum aduentu, et glorioſa diuinitatis in baptismo ipsius apparitione, et auspiciis miraculorum in nuptiis CANAE factam. cf. Ios. BINGHAMI *Origg.* lib. XX c. IIII vol. VIII p. LXVII etc. SUICERI *theſ.* (g) et ANDR. BAILLETTI *vies des Saints avec l' hist. des fêtes de l'année tom.* I. p. LXXI etc. vbi p. LXXVII quinta memoria miraculi quinque mille hominum a CHRISTO pastorum hoc die celebrata adiicitur ex AUGVSTINI *ferm.* XXVIII de temp.

git. Neque id voluerunt, qui fastos sacros ordinarunt et beneficiorum sanctorum memoriae dies affixerunt, ut singula illis temporibus publice commemoranda iisdem etiam antiquitus accidisse certo crederetur (y). Quare primi huius consuetudinis auctores vel ex coniectura de auspiciis munieris a CHRISTO publice gesti, ipsiusque baptismi
B tem-

(y) Sic EPIPHANIVS religioni sibi non duxit baptis-
mum CHRISTI ad d. VI, id. Nou. seu XII mensis
Athyr apud Aegyptios referre, licet ecclesia
ipsius tempore vnamini consensione eius me-
moriam d. VIII id Ianuar, celebraret, cf. b.aer.
LI fest. XVI. XXXIII. XXX Evidentius exem-
plum ecclesia Hispanica exhibet, quae verita
interruptionem iciunii quadragesimalis per
celebrationem annuntiationis d. XXV Mart.
solemnia illius ad d XVIII Dec. retulit an.
DCLVI in concilio TOLETANO X. Potuisset illa
consuetudo speciosius christianis obiici, quam
festum conceptionis Mariae d. VIII Dec. cele-
brari solitum a R. ISAACO CHISSUK emuna p.
ccccXXV etc. edit. WAGENSEILIANAE ridetur,
quod inter conceptionis et nativitatis CHRISTI
solemnia XVII dies tantum interiacent; de
qua cauillarione amolienda non est cur despe-
retur, ut factum est ab ANT. BYNAEO de nat. Chri-
sti lib. I. cap. I. §. VI. pag. XVIII. etc. quum non
CHRISTI in Maria sed Mariae in Anna conceptio
eo die celebratur sacris nativitatis eiusdem d.
VIII Sept. constitutis conuenienter, quam ob-
rem ille dies ad ambiguitatem euitandam in ec-
clesia orientali vocatur festum conceptionis
non Marias sed Annas.

tempore sibi verisimili visa (z); atque opinione ex LVC. III com. XXIII desumta de baptismo in auspicia anni noui aetatis CHRISTI incidente (a), illam deriuasse videntur: vel de sacris purioribus et christianis in locum profanorum eo tempore peragi solitorum sufficiendis pie cogitasse. Constat enim solemne id fuisse rei christianaे antistitibus, ad populos a commentitiarum di-

(z) Duplici fundamento nititur haec opinio de initio munieris CHRISTI et baptismo in ineuntem Ianuariam incidente: primum quod vetustissimi doctores bene multi vnius duntaxat anni decursum publico muneri ipsius tribuerunt, LVC. III com. XVIII perperam intellecto industi, quare existimarunt baptismum non nisi paucorum, saltem non ultra trium mensium spatium pascha praecedere potuisse; deinde quod putarunt LVC. III com. I. II coniungi initium munieris et praedicationis IOANNIS baptistae cum auspiciis anni XV TIBERII, quae in mensem Augustum incidunt, inter initia vero munerum a IOANNE ET CHRISTO gestorum intercedere VI menses, quibus illius nativitas huius natalem praecesfse crediderunt ex LVC. I. com. XXVI. Quum igitur initium annorum TIBERII in mensem Augustum incidit, non potuerunt non baptismum CHRISTI, a quo, post quadraginta dies ieiunii, officium auspicatus est, in ineuntem Ianuarium coniicere.

(a) Verba LVC. III com. XXIII obvia hanc opinionem pepererunt, quum plerique illis tempus baptismi CHRISTI immediate antea commemorati ad aetatem ipsius referri determinarique existimarunt.

diuinitatum cultu facilius ad sacra christiana transducendos, ut noua solemnia iisdem temporibus instituerent, quibus iam antea feriari reique sacrae vacare consueuerant (b). Atque licet illorum sententia, qui triplicem AVGUSTI triumphum d. VI Ian. aetum, eiusque memoriam quotannis illo die celebratam fuisse perhibent (c), non solum testimoniiis destituatur, verum etiam indubiis antiquitatum monumentis repugnet

(b) GRÉGORII M. lib. VIII ep. LXXI; IS. CASAVBO NI ad annal. baron. exercit. XVI, vbi p. m. CCCCLXXX haec BEDAE verba allegat; pertinaci paganismo mutatione subuentum est, quem rei in totum sublatio potius irritasset; et plures a IO. SPENCERO de leg. hebr. lib. III diss. I cap. II sect. IV p. m. DCLVIII commemoratos, atque in praefatione versionis germ. epistolae midletonianae de conuenientia papismi cum gentilismo, quae anno ccXXXVIII prodiit.

(c) OROSIVS lib. VI. c. XX primus hunc errorem errauit aliisque imposuit, quem secutus est tu. IO. SCALIGER animaduersionum ad Enseb. Chron. p. CLXVI. Quod falsi conuincitur ex SVETONIO, qui in vita Auguſti c. XXVI perhibet, illum in insula Samo quintum consulatum iniit, quod cal. Ian. factum est, quare d. VI Romae triumphare non potuit; DIO CASSIVS autem lib. LI redditum Auguſti in Graeciam atque hinc in Italiā in aestatem coniicit; MACROBIUS vero Saturn. lib. I c. XII mensē determinat, idque menteſe ſextili factum eſſe significat. Licet igitur et viuo Auguſto et mortuo ſacra instituta

PROGRAMMA

gnet (d): ephemerides tamen vetustiores romanae satis demonstrant, primos *Ianuarii* dies romanis festos fuisse, atque inter continua ludorum solemnia transiisse (c). Quod christianos facile inducere potuit, ut de uno altero die auspiciorum anni ciuilis CHRISTI memoriae consecrando consilia caperent, atque his sacris diem, qui ludorum solemnia proxime excipit, eligerent.

QVAEHVIC consuetudini postea praetendi coeperunt argumenta, infirmiora sane sunt, nec facile cuiusquam assensum impetrabunt. Qui ad traditionem apostolicam prouocant, eius fidem facere nequeunt: quum et CLEMENS illam sententiam tanquam priuatum tantum quorundam opinionem commemorat auctoribus destitutam (e), et IACOBI apostoli tanquam huius sen-

fuerint, nihil tamen in historiis occurrit, vnde coniici posse, ianuario mense ea unquam fuisse peracta, cf. TILLEMONTII *histoire des Empereurs* tom. I vit. Aug. art. XVII p. XXXXVI etc. et SAM. BASNAGII *annual. polit. eccl.* tom. I p. LII §. V.

(d) *Calendarium romanum e museo IO. HERWRATI* sicc. III medio confectum post *calendas Ian.* quibus *Senatus legitimus* apponitur, exhibit d. III non. Jan, ludos cum vororum nuncupatione, et pridie non. ipsisque *nouis* ludorum continua-
tionem, cf. PETAVII *Vranologium* p. LXVII et AVG. BUCHERII *de doctrina temp.* p. CCLXXXI.

(e) cf. l. c. (c) ybi verba proposita satis compre-
hant

sententiae auctoris mentio illis demum temporibus facta est, quibus de eo certi et explorati nihil apud quemquam constare potuit (f). DANIELIS autem vaticinia valde veremur, ut diei natali CHRISTI definiendo

B 3 atque

bant CLEMENTEM vel de *Basilidianis* loqui, vel rem in dubio relinquere; quod facturus non fuisset, si sententiam certis auctoris ab apostolorum tempore propagatam esse existinasset.
 (f) Prouocatur ad IACOBI apostoli, primi episcopi Hierosolymitani, auctoritatem a IOANNAE NICAEANO in epist. de nativitate CHRISTI ad ZACHARIAM catholicum armeniae auctario novo tom. II p. CLXXXVII, et ex illo, ut videtur, in variis conciliorum armenorum actis cf. GALANVS l. c. (v). Quod tamen ex consuetudine veterum solemnium factum est, ea omnia apostolis, primis ecclesiarum celebriorum antistitibus, tribuendi, quae in illis ab hominum memoria antiquitus recepta fuerant incertis auctoris, ut *Asiani* ad IOANNEM, *Romani* ad PETRVM, ALEXANDRINI ad MARCVM prouocarent: vnde *Hierosolymitani* etiam, qui diutissime haec solemnia die VI Ian. celebrarunt, ad IACOBVM illorum origines retulerunt. Diuturnitas magis quam antiquitas huius consuerudinis *hierosolymitanae* ex COSMA Indopleuste apparet cosmogr. christ. p. CLXXXIII etc. Si certo nobis constaret de aetate TIMOTHEI cui GENNADIVS c. LVIII librum de nativitate domini tribuit, quam credidit in epiphaniam accidisse, forte quaedam auctoritas traditionis inde enascetur, licet indubie recentior sit, quam ut ad apostolicam aetatem accedat.

PROGRAMMA

atque ad d. VI Ian. figendo quidquam profint (g).

ALTERIUS CONSVETVDINIS peragendi haec sacra d. VIII cal. Ian. duae (h) potissimum coniici solent occasiones. Prior consistit in persuasione falsa quidem et indubie erronea, antiquitus tamen receptissima et pro indubia habita, ZACHARIAM nuntium de

(g) Ingressus est hanc demonstrationem reuer. IAC. KOCHIVS in *Daniele referato* p. CCCXVIII etc. et CCCLIII etc. etc. atque in *append.* III p. CCCCLVI etc. quae longior est, quam ut re- censeri aut diiudicari hic possit. Aegre enim hanc diei definitionem lectoribus persuadebit, quum in euincenda vaticiniorum impletione accurata, euentus ipsi eorumque tempora aliunde, et argumentis, quae a vaticiniorum interpretatione prorsus non pendent, demonstrari prius debeant, quam praedictionum consensio inuestigetur et ostendatur. Quod in hac causa parum procedet, nisi traditio IACOBI et ecclesiae bierosolymitanae consuetudo, utraque vel incerta vel recentior pluris, quam par est, aesti- metur.

(h) Quidquid praeterea excogitatur de lapsu librariorum scribarumque, qui d. VIII id. Ian. et d. VIII Cal. Ian. facile confundere potuerunt, eaque re dupli consuetudini d. VI Ian. et d. XXV Dec. haec sacra obqundi occasionem praebere, ingeniosius quam verisimiliter dicitur. Ipsa enim consuetudo duplex antiquior fuisse videtur, quam eius quidquam in litteras referri potuit, in quo à scribis erraretur. cf. FRIDR. SPANHEMII *dub. eu. part. II. dub.*, XII etc. p. CCX §. III.

de filio accepisse quum sacerdotis maximi partibus fungeretur et sacra annua die expiationis ficeret: IOANNIS igitur conceptionem breui post d. X *Tisri*, cuius maxima pars in *septembrem* incidit, contigisse, quod d. XXIII Sept. factum fuisse plerique statuerunt; CHRISTI vero VI menses IOANNE iunioris conceptionem in d. XXV *Mart.* et nativitatem in d. XXV *Dec.* incidere debere. Quae opinio adeo a verisimilitudine abhorret (i), vt qui recentius huic consuetudini obeundi natalem domini d. XXV *Dec.* patrocinantur, hanc illius originem pernegerent sibique et aliis persuadere fatagant, ipsi alii unde profectae et ex traditione in primis apostolica enatae sequioribus demum temporibus erroneum hoc argumentum accessisse, atque a nonnullis tantum ad eius defensionem adhibitum fuisse (k). Potest tamen euidentissimis veterum testimoniis bene multis extra dubitationem ponи, hanc opinionem si non fundamentum primae originis ipsamque occasionem figendi ea sacra

B 4

d.

(i) *Quam repugnet haec opinio et ipsi narrationi LVCAE et successioni pontificum iudaicorum apud IOSEPHVM multi operose demonstrarunt cf. HERM. WITSII miscell. tom. I p. CCLXXXIII etc. et tom. II p. CCCCLXXXIII, in primis vero SPANHEIMI I. c. (h. II).*

(k) *Faciunt hoc DION. PETAVIVS de doctr. temp. lib. XII c. VII & 10. ALB. BENGEL in harm. euangel. p. LXXIII.*

d. XXV Dec. potissimum certe rationem a veteribus habitam fuisse, plurimumque contulisse ad eius limites prouehendos (l).

ALTERA OCCASIO probabilior est (m), petiturque ex indeole anni solaris festisque romanis. Constat enim veteres romanos solstitium hibernum fixisse in d. XXV Dec. (n), atque non solum praegressos dies sa-

cris

(l) CHRYSOSTOMVS tom. V hom. XXXIII p. m. CCCXXXIII et seq. multis est in vrgendo hoc argumento, quo veritatem huins confuetudinis niti demonstrarique posse ipse saltem certo existimauit. Ratiōnes, quibus IAC. GRETSERVS lib. III obseruat. in codinum c. III v. III CHRYSOSTOMO hanc homiliam abiudicatum iuit, infirmae sunt nulliusque momenti, redeuntque potissimum ad errorem de habito sermone hoc constantinopolitano. Tota praeterea IOANNIS NICAENI (f. II) demonstratio huius confuetudinis eoredit, nec minus illa, quae deprehenditur in legatione MANVEL COMENI ad Armenos seu THEORIANI disputat. cum catholicō armēniae altisque disputationibus cum Armenis apud COTELERIVM pat. ap. tom. I p. CCCXIII, confer GALANVM l. c. (v) et bron. pasibale p. CLV etc, nec non MAXIMVM Monachos atque THEOPHYLATIVM.

(m) Potest tamen ita conciliari cum praegressa, ut haec posterior potissimum momentum tuliterit in confuetudine hac introducenda, prior ipsi confirmandae stabiendiaque pondus adiecerit.

(n) Licet veteres iam dissenserit in figura huius solstitii tempore: solemnior tamen et ab IULIO Caesare publice stabilita opinio illud d. XXV Dec.

eris publicis ludisque solemnibus transegisse (o), verum etiam hanc ipsam brumae diem sacram habuisse, natalemque solis ea celebrasce (p), vnde verisimillimum euadit,

B 5 chri-

*Dec. affixit: quod patet ex COLV MELLA lib. VIII
c. XIII, PLINII lib. XVIII c. XXV et XXVII.*

(o) Eminent inter solemnia Decembribus *saturnalia*, quae ad XVII Dec. per hebdomadem effusissimis laetitiis agebantur, atque adeo pridie XXV Dec. finiebantur. Acceserunt sub NE-
RONE cuius natale TILLEMONTIVS d. XV Dec.
ponit, iuuenilia et neroniana.

(p) In calendario herwartiano (d. II) d. XXV Dec. adscriptum est *natalis iuincti*, quarum vocum duplex datur interpretatio. Nonnulli verba haec de CONSTANTIO, CONSTANTINI M. filio, intelligunt, qui teste IDATIO in fastis consular. an. CCCLl eo die VIII Kal. Ian. VETRANIONEM de-
posuit, ex eaque tempore debellato in primis bre-
ui post MAGNENTIO, mirifice efferti et fastuosis-
simis denominationibus superbire coepit, *in-
uicti* nomina assumit, seque propria manu or-
bis totius dominum scripsit, teste MARCELLINO lib.
XV ca. II. Quam obrem existimant, quum et
auspicia imperiorum et nouae confirmationes
supremae potestatis victoriis factae, natalium
nomine insigniri consueverint; hoc calenda-
rium autem scateat mentione CONSTANTII, quo
viuo conjectum esse videtur ex tabula natalium
caesarum ei praefixa, ubi inter reliquos diuinos
augustos, solius CONSTANTII ita commemoratur
domini Constantii VII id. Aug. apud BUCHERIVM
p. CCLXXVI: admodum esse probabile hac *na-
talis iuincti* inscriptione ad CONSTANTIVM respici.

Ne-

christianos soleimne hoc tempus brumale
feriis iam antiquitus destinatum memoriae
CHRISTI consecrasse, atque a profano cultu
ad sanctiora sacra traduxisse, ipsamque bru-
mam

Neque defuerunt, qui nouis conjecturis indul-
serunt, atque haec ipsa solemnia *natalis inuidi*
a CONSTANTINO instituta, occasionem dedisse pu-
tarunt natalem CHRISTI celebrandi, quum te-
stimonij bene multis effici posse, sub IVLIO
episcopo Romano sacra haec d. XXV Dec. in-
valuisse, quod IOANNES NICAENVS (f. II) aperte
narrat. Verum multis difficultatibus premi-
tur haec sententia. Neque enim a deposito
Vetranione, quem MAGNENTIVS aliquot annos
superauit, sed hoc demum victo Galloigne Cae-
fare trucidato, ita efferrari coepit CONSTANTIVS,
neque illud tempus in annos *Iulii* incidit, qui
an. CCCLII MAGNENTIO in Galliis adhuc super-
stite vivere desierat. Quare BAILLETVS (x) huic
conjecturae non sine ratione parum tribuit, si-
cet argumentum ab ipso prolatum de natali
CONSTANTII in mensem *augustum* incidente nihil
conficiat. Altera interpretatio haec verba ad
natalem solis resert, quod probatum iuerunt
IO. GE. GRÆVIUS in notis ad *Lactantium de mort.*
persec. & vberius DION. PETAVIUS ad *tulianum fol.*
LXXXVII, qui plenam inscriptionem *natalis in-*
uidi C. M. XXIII sic explicat *nat. Inv. circenses,*
misis XXIII, et eruditus disputat statim post vi-
timum saturnalium spectaculum splendidissi-
mum solis agonen incidisse et solemnia ipsius
natali sacra. Quod ex collatione reliquorum
sacerorum diuinitatum fictitiarum in hoc calen-
dario obuiorum magnam veri certique speciem
consequitur.

mam fixisse natalem Christi, saturnalium vero tempus praeparationi destinasse; quod non solum symbolo Solis luminisque exorti seruatorem in sacris litteris sisti nouerant, verum etiam in celebri loco 10. III com. XXX fundamentum rationemque deprehendisse sibi videbantur referendi natalem IOANNIS baptistae ad solsticium aestiuum, quo lumen solis nobis decrescere minuique incipit, CHRISTI vero ad brumam, a qua solis lumen accessionum incrementa capit, atque nobis benigne redire videtur. Innumerae celeberrimorum doctorum allusiones hic factae (q) id satis euincunt, abitque

(q) Praeter AMBROSIVM serm. XVI *de nat.* et GREGORIVM NYSSENVM tom. III pag. CCCXXX et tom. II p. DCCLXXII etc. LEO serm. II *de nat.* c. V sic de quorundam sententia loquitur: *quibus haec dies solemnitatis nostrae non tam de nativitate CHRISTI, quam de noui, ut dicunt, solis ortu, honorabilis videatur.* Clariora habet AVGUSTINVS enarr. in Ps. CXXXII tom. III p. clx III ille natus est, sicut tradit ecclesia, octauo cal. Iulias, quem iam incipiunt minui dies, dominus autem natus VIII cal. Ian. quando iam dies incipiunt crescere, audi ipsum Iannem confitentem, illum oportet crescere me autem minui, et tom. V p. DCXVI serm. CLXXXVI nam et ipse dies a quo deinceps incrementum lucis accipit dies, opus CHRISTI significat, a quo interior homo noster renouatur de die in diem, aeterno quippe creatori in tempore creato ille dies debuit esse natalis, cui creatura congrueret temporalis: ibid. vero p. DCXX

iitque in formulam solemnem posterioribus saeculis, quam ipsi muhammedani non ignorarunt, ut longissima nox messiac *natalis* vocetur, teste THOM. GRAVIO annot. ad persic. euang. vers.

RATIONES QVIBVS consuetudinis huius sic receptae causa agitur, atque contra intentionem primorum illius auctorum defensum itur, vere CHRISTVM ea die natum fuisse, praeter duplicem opinionem iam commemoratam, qua tanquam fundamento ex sacris litteris defumto plerique vere res illam niti existimarunt (r), ex traditione defumuntur fallaci tamen et hac certe in re

DCXX serm. CLXXXXX ideo die *natalis dominii nostri IESV CHRISTI* et nox incipit perpeti detrimenta et dies sumere augmenta: habeamus ergo fratres, solem ipsum diem, non sicut infideles propter hunc solem, sed propter eum qui fecit hunc solem; atque p. DCXXIIII serm. CLXXXIIII inde est, quod *bodie naturae* est, quo die minor dies nullus in terris, a quo tamen incrementa dies sumunt. Qui ergo inclinatus est, et nos erexit, minimum elegit diem, sed unde *Lux* crescit. Similia occurunt p. DCXXV serm. CLXXXIIII §. I. Ipsa adhortatio, qua GREGORIVS NAZ. orat. XXXIII in nat. Christ. p. DCXIIII auditores a societate laetitiarum profanarum eo tempore fieri solitarum praemunitum iuit, idem demonstrat.

(r) Plerique vtramque simul commemorant ut CHRYSOSTOMVS tom. V serm. XXXI et hom. in Ioannem Bapt.

re dubia atque falsa. Duo antiquissimi testes excitari soliti indubie commentitii sunt et intestabiles. Vnus est CLEMENS ROMANVS, cuius nomen mentiuntur *constitutiones apostolicae*, quarum lib. V cap. XIII (s) natalis CHRISTI d. XXV mensis VIII seu *Decembris* (t) affigitur. Alter est EVODIVS vir apostolicus, cuius auctoritati plurimum deferri deberet, si epistola, in qua natalem CHRISTI in die XXV Dec. definit, non sola NICEPHORI CALLISTI (u), auctoritate nitetur,

(s) τὰς ἡμέρας τῶν εορτῶν φυλάσσοντε, ἀδελφοῖς, καὶ πρώτην γε τὴν γενέθλιον, ἵτις ὑμῶν ἐπιτελέσθω εἰκάδι πίμπητη τοῦ ἐνάτου μηνὸς. dies festus obseruante fratres, ac primū quidem diem domini natalem, qui avobis celebretur XXV die VIII mensis.

(t) COTELERIVS ex lib. eiusdem c. XIII et XVII demonstrat hunc mensem VIII eundem esse cum Juliano XII seu *Decembri*. Primus enim mensis ibi XANTHICVS, XII Dystryos vocatur.

(u) Lib. II c. III fragmentum exhibet ex EUODIS epistola, quam lumen inscripsit, ubi inter alia haec leguntur καὶ τίκτυ τὸ φῶς τοῦ κόσμου χρόνῳ ὑπάρχοντα εἰς τὴν εἰκοσή πέμπτην τοῦ Δικτύειου μηνὸς. peperit autem Maria, mundi ipsius lucem annum agens XV die XXV mensis Decembris. Quae maiorem fidem non merentur, quam reliquae fabulae ibidem obuiae de baptismō a CHRISTO soli PETRO, ab hoc ANDREAE et filiis ZEBEDAEI, ab his vero reliquis apostolis et LXX discipulis collato, MARIA anno aetatis III in templum data, atque in sanctis sanctorum XI annos commorata, mortuoque CHRISTO XI annos in domo

Ioan-

tur, neque commentis scateret atque adeo ad subdititia scripta reiicienda foret. Qui a nonnullis allegatur tertius testis CLEMENS ALEXANDRINVS contrarium perhibet, quum d. XXV *Pachon*, quem non a se sed quibusdam suo tempore pro natali CHRISTI haberi commemorat, non XXV Dec. sed Maius sit (v). Conclamandum igitur est de testibus huius sententiae ex tribus primis a CHRISTO saeculis, nisi quis ad spuria sanctorum acta et pontificum decretales confugerit. Neque antiquiora testimonia producunt, qui in hac causa antiquissimam traditionem crepant, quam ex saec. V (w), in quo

ta-

Ioannis agente, in qua CHRISTUS primum pascha mysticum comederit, atque spiritus sanctus in apostolos inciderit; quibus postremis narrationibus IOANNES Apostolus cum IOANNE MARCO aperte confunditur, de cuius domo veteres haec coniecerunt ex Act. XII licet perperam satis.

(v) cf. (c) IAC. PAMELIUS in notis ad TERTULLIANVM adu. *Iudeos* c. VIII sic perperam existimauerat, quem vberius refutauit SAM. BASNAGE *exercit. historico crit.* p. CCXVI &c.

(w) Eminent inter patronos huius sententiae ex traditione confirmandae DION. PETAVIVS *de doctr. temp.* tom. II lib. XII c. VII p. CLXXVIII &c. et EM. SCHELSTRATEN in *antiqu. eccl. illustr.* tom. I diff. I cap. II art. III p. XXXVIII &c. Nauter tamen ultra AVGUSTINVM et CHRYSOSTOMVM ascendit in ducenda familia traditionis huius, quibus adiicere potuissent SVPITIVM SEVERVM &c. eccl. lib. II.

tamen iam multa apostolicis temporibus
tribuebantur, quae recentiorem originem
habuerunt. Quod vero antiquiores acque
ac recentiores quidam ad tabulas *census a*
QVIRINIO acti ROMAE asseruatas prouoca-
runt (x), maiorem huius sententiae fidem
non facit, quam *excitatio IOSEPHI actorum-*
que

(x) *Primus ad has census tabulas prouocauit CHRYSOSTOMVS tom. V hom. XXXI,* mera tamen conie-
ctura ad confirmandam ecclesiae Romanae in
hac causâ auctoritatem, eaque adeo improba-
bili, ut mirandum omnino sit potuisse quem-
quam recentiorum in hanc opinionem concede-
re, vti factum est a WILH. LANGIO *de annis CHRI-*
STI lib. II c. I p. CCCLVII, qui hanc Romanae
ecclesiae sententiam de CHRISTO d. XXV Dec. na-
to, non verisimilem sed veram esse pronuntiat,
ut pote ex tabulis censoriis deponitam. Quod
tamen certo non improbable sed falsum est. Li-
cet enim liberalissime largiremur, tabulas *cen-*
sus Qviriniani CHRYSOSTOMI aetate adhuc *Ro-*
mæ asseruatas fuisse, quod verba ipsius infe-
runt, in tanta autem rerum conuersione per
quatuor saecula *Romæ facta sine miraculo con-*
cipi non potest; daremus etiam aditum ad has
tabulas christianis patuisse; atque praeterea
concederemus CHRISTVM iam natum fuisse,
quum parentes ipsius nomina profiterentur ta-
bulis inferenda, quod ex sacris litteris non effi-
citur: nihil feciūs a veritate et verisimilitudi-
ne plane abhorret, immo etiam fieri propositus
non potuit, ut infantes recens nati, singulorum
que hominum et annus et mensis et dies natalis,
quem *quotusquisque ex infima plebe nostris*

tem.

PROGRAMMA.

que a TITO HIEROSOLYMIS *Roman* allatorum apud alios obvia (y).

QVAE HIS rationibus opponuntur ab il- lis, qui utriusque sententiae adversantur, ad tria haec argumenta redeunt. *Primum* de- stitui fundamento sufficiente utramque con- fuetudinem, neque adeo veterem, vt ab apostolis aliisque, qui CHRISTI tempora vi- uendo

temporibus non ignorat? eiusmodi tabulis in- sererentur.

(y) IOANNES NICAENVS et qui illum sequuntur (I, II) excitati, haec comininiscuntur, CYRILLVM *bierosolymitanum*, quem alii IUVENALEM nomi- nant, IVLIVM *Romanum* consuluisse rogasseque ut omnia *Iudeorum* scripta, a TITO *bierosoly- mis roman* translati, perquiri curaret ad inue- stigandum domini natalem, coque factò IVLIVM respondisse in quadam JOSEPHI *chronographi* scriptura diem, qua angelus ZACHARIAE apparu- erit, inuentam fuisse, vnde computo factò na- talis CHRISTI d. XXV Dec. figatur: postea au- tem HONORIVM *Roma* reuersum fratri ARCADIO so- lemniter natalitiam *Romae* celebrari solita narrasse, huiusque iussu IO. CHRYSOSTOMVM eadem sacra *Constantinopoli* introduxit, postquam EPIPH- ANIVS *Cypro* accersitus ex hebraeorum scriptis et JOSEPHI *chronographia* illam sententiam con- firmaser, scriptumque fuisse ea de read THEO- PHILVM, ALEXANDRINVM, IOANNEM *bierosolymita- num* et FLAVIANVM *antiochenum* ut idem face- rent, ex coque tempore *romanam* consuetudi- nem ubique inualuisse. Quae fabula se ipsa euertit erroribusque indubio ita scatet, vt re- futatione non indigeat.

uendo atrigerunt, auctoribus deriuari possit; neque vlo sacrarum litterarum testimonio fultam; neque veterrimis christianis cognitam, qui contraria potius opinati fuerint (z): *deinde* internis difficultatibus adeo premi, ut veri omnino dissimilis euadat, neque enim gregibus sub dio pernotantibus, neque censui agendo satis convenire tempus hibernum diesque breuissimos (a): et ipsam tandem consuetudinis origi-

C
nem

(z) CLEMENTEM ALEXANDRINVM litteratissimum hominem, narrationumque conquirendarum studiosissimum id effugere non potuisset, si quis christianorum in hanc opinionem incidisset, aut eius quidquam perhibuisse. Quare cum in enarrandis veterum coniecturis et traditionibus de die natali CHRISTI et d. XXV Decembr. prorsus filet, et *Ianuarium* solis *Basilidianis* tribuere videtur, reliquae autem ab illo commemoratae opiniones in vernum tempus incidunt: fatendum omnino est, hanc definitiōnem natalis domini in hiemem non solum destitui antiquitatis auctoritate, verum etiam eidem refragari.

(a) Difficultas haec leuior non nullis visa est, in rem suam abusis CASAVONI, confessione de gregibus in *Anglia* hibernos menses in rure transgentibus, vel opinatis extraordinariam frequentiam hominum *Bethlehemum* confluentium inusitatam gregum commorationem in rure produxisse. Neutra tamen exceptione difficultati satisficeri multi copiose euicerunt, in primis IO. HARDVINVS in *antirrheto de num. ant. p. LXIII &c.*, SAM. BASNAGIVS l. c. (v. II) et Sam,

nem eiusque occasionem verisimillimum efficere, primos illius auctores ne voluisse quidem ipsum natalem diem his sacris introductis definire, sed plane incurios eius determinationis, quam et nihil referre existimarent (b), et prorsus desperarunt, satius duxisse primum quodque tempus huic memoriae colenda consecrare, quam omnino negligere, destinasseque pio consilio his solemnibus ferias profanas iam antiquitus introductas nec aliter facile aboleendas. Quod in aliis saltem diebus festis, certis temporibus per ephemerides sacras affixis, factum fuisse, apud antiquitatum christianarum peritos dubio caret (c).

TER¹

SAM. BOCHART bieroz. lib. II. c. XXXXIII p.
CCCCXIII &c.

- (b) Qua in opinione praeuentem habuerunt CLEMENTEM ALEXANDRINVM I. c. (c), qui προσεγόρεις haec disquiri definiri que existimauit.
- (c) Prater ea, quae iam supra disputauimus (y), conferri meretur confessio PAVLI de MILDEBVRGO episcopi Faroempronensis in PAVLINAE part. II lib. II c. Ecclesia celebrat multa festa alter, quam ipsorum denominatio requirit, ob causas accidentales, in rationali diuinorum vel catalogo sanctorum expressas. Non enim valet consequentia; romana ecclesia obseruat festum S. Petri ad vincula cal. Aug. ergo s. PLTRVS d. I Aug. in carcerem fuit conjectus, aut quod die illo carcerem angelus effregit, nam in diebus azymorum haec facta fuisse Act. XII. legitur. Simi-

TERTIVM nunc laborem , quem nobis
praescripsimus , ita subibimus , vt vela con-
trahamus varios multorum conatus certiora de
die hoc natali eruendi succincta narratione
commemoraturi . Octo vias computandi
ingrediuntur , qui ad hos calculos sedent ,
neque singulas eodem prorsus modo .

C 2

PRI-

Similiter festum Iacobi maioris d. VIII Cal. Aug.
celebratur ; et tamen circa festum paschae in
diebus azymorum capite obtruncatus legitur .
Similiter festum decollationis IOANNIS Baptiste
d. IIII Cal. Sept. obseruatur , qui tamen circa
dies paschae decollatus putatur . Similiter pos-
sit dari instantia de festo omnium sanctorum ,
quod ex feria omnium idolorum trahit origi-
nem , quod BONIFACIVS pontifex d. III Id Maii b.
virgini et omnibus martyribus dicavit , sed po-
stea per GREGORIVM III ad cal. Nouembr. omni-
bus sanctis dedicatum , translatum fuit . Quem
locum IS. CAVSABONVS exerc. I. ad app. annal.
Baron p. CX. apprime hic applicat . Cum
quo consentit ANT. PAQI crit. in ann. baron.
zom. I. p. LVIII hanc regula ad alios etiam san-
ctos omnes , imo ad CHRISTI , deiparaeque virgi-
nis dies festos extendenda est , anniuersarios
nempe dies in martyrologiis signatos non semper
cum diebus illis congruere , in quibus quae re-
voluntur , euenerint ; in id enim praecipue in-
cubuit ecclesia , ut repraesentata mysteria tem-
porum opportunitate constabilita , ita a fideli-
bus celebrarentur vt in fidei potius morum
que prouentum , quam in praecisam dierum ob-
seruationem collimarent . Plura in hanc rem
exhibet FLORENTINIVS in admoniti. ad martyr.
bieron.

PROGRAMMA

PRIMAM VIAM reliquis praeiuit Ios. IV.
 SCALIGER (d) exputando conceptionem IOANNIS baptistae, atque adeo CHRISTI conceptionem sexto mense postea factam, ex *e-phemeriarum* sacerdotum ordine; arbitratus quum XXIII clastes sacerdotum per vices sacra factorum a DAVIDE constitutae *Chron.* XXIII et XXIII atque *in Reg.* XI. *com.* VII, ab encaeniis IUDAЕ, cuius epocha *in Macc.* III *comm.* LII determinatur, quamque in annum periodi *iulianae* cīc cīc cīc cīc d LXXXVII incidere existimat, serie non interrupta vices suas obierunt, consequi ut anno periodi *Iulianae* cīc cīc cīc cīc DCC X, quem immediate excipi putat ab natali domini, classis VIII ABIAE, cuius fuit ZACHARIAS, *Luc.* I *com.* V, d. XXVIII *iuli* vices suas expluerit, nuntius igitur angeli inter d. XXI et XXVIII, natalis autem IOANNIS in ineunte *Aprilē* anni sequentis, atque adeo CHRISTI natalis in *Oktōbris* initium inciderit. Speciosiorem reddidit hunc computum io. CHRISTOPH WAGENSEIL (e), quum termino suppurationis

bieron, adm. XI, et *PTRVS DAMIANVS* in *li. dominus vobiscum cap.* XV.

(d) Primum illam suppurationem proposuit in *appendice ad emend. tempor.* pag. XXXXVII &c. quam uberior exornauit *canon. isagogic.* lib. III. p. CCCIII. etc.

(e) Liberatur haec computatio a dubio grauisimo calculi *jeanigeriani*, quota classis sacerdotum

nis sumto a destructione templi *bierosolymitan* d. X Aug. facta, quo teste codice *talmud. Tannin* sol. XXVII classis prima *Iehoiaribi* sacra fecit, retro computauit ad annum, qui natalem *Christi* praegreditur, atque existimauit effici exinde, eo anno classem *Abiae* et a d. XII *Iul.* et d. XXVII *Nou.* vices suas obiisse, atque adeo conceptionem *Christi* vel exeunte *Nouembri*, vel medio *Mario* contigisse, natalem vero illius incidere in finem *Augusti* vel *Februarii* medium (f).

C 3

SE-

dotum in encaeniis *Iudee Maccabaei* sacra aupsicata sit, quum eadem probabilitate dici possit, vel eam classem sacrorum instauracionem procurasse, quam ordo ephemericum saecularum tangebat, vel eam qua ministrante sacra ante triennium interrrupta fuerant, vel quae illam proxime excipiebat; quam a *SCALIGERO* primae *Iehoiaribi* classi id tribuitur. Quod vero *SPANHEIMUS* dub. eu. de ipsa continuatione XXIII ordinum post redditum ex captiuitate *babylonica* dubitauit, contra testimonium *JOSEPHI antiqu. li. VI cap. XI* factum est.

(f) Obs. in cod. sota p. 942 etc. Difficultates, quibus haec sententia praemittitur, duae sunt prorsimum: tum quotannis singulas classes necessario bis, nonnullas vero ministerium obiisse, quod a *SCALIGERO* non animaduersum, *WAGENSEIL* perspexit, negavitque praeter alternariam opinionem quidquam sic effici; tum annum natalem *Christi* supponi debere euictum, in altera aequa ac priore suppuratione. Nam quamuis daretur templum de-

stru-

SECVNDA RATIO determinandi natalem
CHRISTI fin minus diem, mensēm tamen,
desumitur ex mentione mentis sexti *Luc. I
com. XXVI*, qui anni Iudaici sextus seu *Ehul*
fuisse coniicitur cum *Augusto* plerumque
coin-

structum fuisse an. LXX a CHRISTO nato, quod
tamen quibusdam aliter visum est, licet perpe-
ram de aera vulgari id intelligatur, quam o-
culatior quisque hodie aliquot annis deficere
fatetur, quot vero annis praeuerti debeat de
eo mire dissentient; tum denique si vel ma-
xime mensis sic definiretur diem certe ita de-
terminari neutiquam posse. Plurimum vero
officit auditorati huius computi, quod a tem-
pore SCALIGERI ad varias sententias longe di-
versissimas stabiliendas adhibitus fuit, ut no-
CHARTVM non commemoremus, qui *bieroz. lib.
II. c. XXXXIII. p. CCCCLII* lexinde mensēm
mariūm CHRISTI natalem cōfici affirmat, quod
tamen sine rationibus subductis SCALIGERV^M,
sed ex memoria allegatum, secutus ponere vi-
detur, AGID. BUCHERIUS in *belg. rom. lib. II c. I*
et PETAVIUS de doctr. temp. tom. II lib. XII c.
VII. p. CCXXVIII eundem ad d. XXV Dec.
accommodat, quod Keplerus iam fecerat; reu.
ZOCIVS autem l. c. (p. II) p. CCCLIH et
CCCCLXXII etc. ad d. VI Ian. Quodsi vero
ephemerides sacrae Iudeorum ordinatae que
classe sacerdotum a 10. LIGHTFOOTO in *Harm.
euang.* tom. I p. CCLVIII etc. assumuntur,
quae insignem veri speciem habent, omnis re-
liquorum computus ephemeriarum mirifice er-
rat. Plura de hac supputatione videantur a-
pud PET. ALLIX de an. et mense nat. Christi c.
VII pag. XXXVIII etc.

coincidens, ex quo conficeretur natum fuisse CHRISTVM mense *Martio* (g).

QVI TERTIAM viam ingrediuntur purificationem MARIAE cum tempore mortis HERODIS coniungunt, atque cum hanc d. XXV *Nou.* accidisse existiment, MARIAM vero cum infante eodem tempore diuinitus monitam ex *Aegypto* regressam tempestive satis *Hierosolymas* venisse, ut statuto tempore in templo purificaretur; exinde coniungunt, debere natalem CHRISTI in finem *Octobris* incidere (h).

C 4

QVAR-

(g) Interpretatio haec **ALLXXII** est l. c. (f. III) p. LVI quaé maiorem probabilitatem haberet, si com. **XXIIII** quinque mensium occultationis ELISABETHAE mentio facta non fuisset, quod ipsum **ALLXXIVM** mouit, ut simul conceptio. nem **IOANNIS** significari statuerit, eumque mense iudaico primo *Nisan* fuisse conceptum crediderit. Habetur tamen hoc argumentum ab illius auctore pro secundario opinionis sua, quam aliunde fortius demonstrat.

(h) **SALOM. van TILL** rationes sic iniit tam in *eccl. chronol. art. XXVII adiectis comment. in IIII Pauli epist. p. C. CCXXIII etc.* quam in *dis. parad. theol. chron. de anno mense et die nati christi*, subiuncta *phosphoro propheticō*, vbi d. **XXI Octobr.** definit. Laborat autem haec sententia maioribus difficultatibus, quam ut commode extricetur. Tempus mortis HERODIS in *nouembri* constitutum sola auctoritate libri suis dubii *meggillath tranith c. VIII* cum **IOSEPHO** conciliari aegerrime potest, tempus autem

QVARTA INVESTIGANDI natalem CHRISTI
ratio absoluitur comparatione fastorum *iudaicorum* temporumque rerum quarundam
memorabilium, quae olim accidérant, cum
indole finibusque nativitatis domini, at-
que potioribus vitae ipsius temporibus.
Quam ingressi sic ratiocinantur. Mense
iudaico *Tisri*, nostro *Septembri*, et mundi et
peccati origines obtigisse, natales omnium,
quotquot ante diluvium vixerunt, patrum
accidisse, ab eodem aeram incepisse a cre-
atione ad exitum ex *Aegypto*, annumpue *lu-
bilaeum* initium duxisse, in eundem incide-
re tria festa Tubarum, expiationis et taber-
naculorum. Haec postrema solemnia cele-
brari et auspiciis erigendi ornandique ta-
bernaculi sacri *Exod.* XXXV et dedicatione
templi *I Reg.* VIII. Eodem igitur mense,
eius-

autem aduentui magorum, circumcisioni iti-
nerique abeuntium CHRISTI parentum in *Ae-
gyptum* redeuntiumque ita coactatur in XXXX
dies, ut certe his rebus omnibus non sufficiat.
Quantum vero faciliori interpretationi *Luc.*
II com. XXXVIII. accedere videretur hac opinione,
tantum certe decedit explicacioni litterali
Mattb. *II com.* XXII; ut taceamus improba-
bilem admodum esse magorum aduentum praeg-
ressum purificationem solemnem hierosolymitanam.
Quod ephemiarum computus hoc
etiam applicatur, nihil certius demonstrat
quam incertissimam illius suppurationis in-
dolem.

eiusque d. XV, festo tabernaculorum CHRI-
STVM in lucem prodiisse, nouamque serui-
tutis romanae periodum censu ab AVGVSTO
imperato incepisse, ob neglectum cultum
diuinum et posthabita in primis festa expia-
tionis et tabernaculacrum *Zach. XIII com.*
XVI XVII: condecorarique hac ratione
quatuor anni cardines conceptionibus et
nativitatibus IOANNIS baptistae et CHRISTI,
vt is solsticio aestiuo conceptrus aequinoctio
verno nasceretur, hic solsticio hiberno con-
ceptus aequinoctio autymnali in lucem e-
deretur (i).

C 5

QVINTA

(i) Eo redit sententia 10. LIGHTFOOTI *barm. eu. in*
Luc. II com. VII tom. I p. CCLXXX. TIL-
LIVS etiam l. c. (h. III) propinquitate festi ta-
bernaculorum suam sententiam exornatum
iuit. Prior ingeniosa contentione festi taber-
naculorum cum incarnatione 10. I com. XIII;
bieroſylmorum expugnatione a TITO facta, post
templum combustum mense Auguſto, hoc
Septembri demum completa, opinionem suam
amplificare potuifſet. Sed nemo non videt,
quam multa hic ſumi debeant, que ſola tra-
ditione Iudeorum admodum fallaci fulta aequa-
que certo negantur quam affirmantur; et
quam facilis sit plerorumque huius ſententiae
fundamentorum ad alias opiniones applicatio.
Neque defuerunt, qui communi opinioni de
conceptione CHRISTI d. XXV Mart. facta ori-
gines creationis verno tempore factae praeten-
derunt, folſitiorum vero aequinoctiorumque
distrī-

QVINTA VIA sic itur ad determinandum natalem domini, vt sumto tempore publici illius ministerii trium annorum et dimidii, tam ex *Dan.* VIII com. XXVII, quam ex computo paschatum ab eodem post baptisma celebratorum, fixoque hoc baptismo ad anni aetatis ipsius XXX auspicia ob *Luc.* III com. XXIII, omne tempus vitae CHRISTI in terris actae annis XXXII et sex mensibus circumscribatur, quot DAVID olim *bierosolymis* regnauerat 2 *Sam.* V. com. III. V; atque rationibus ab exitu vitae in paschae festo initis retro supputetur, iisque calculis efficiatur incidisse natalem CHRISTI aequē ac baptismā in mensem *septembrem*, diemque XV solemnibus tabernaculorum consecratum (k).

SEXTA

distributio conuenientissima plerisque olim visa est eandem apprime confirmare.

(k) Eiusdem *LIGHTFOOTI* l. c. (i. III) haec sententia est, qui vtroque fundamento nixus, opinioni suae tantum detulit vt scriberet: *nec probabilitatem hanc dico, verum certitudinem necessariam.* Quod paucissimis lectoribus persuadebit. Quamuis enim tempus III annorum et dimidii ministerio Christi publico tribuatur, quod quatuor paschata in vitae ipsius scriptoribus commemorata triennium et aliquot menses omnino requirunt, licet sex illos fuisse non demonstrent; particula tamen *coram Luc.* III com. XXIII illam interpretationem baptis-

SEXTA DISQVISITIO EX DANIELE institui-
tur non tam *cap. VIII com. XXVII*, quo
proxime praegressa opinio stabiliri solet;
quam ex collatione *cap. VII com. VIII, cap.*
XI com. XXXVI &c. de HERODE intellectis
cum *cap. XII com. XI, XII, et cap. VII com.*
XIII, XVIII et XXVII cap. VIII com. XXIII
cap. XI com. XXXVIII de aduentu CHRISTI
eiusque effectibus intellectis, vnde effici-
atur nativitatem CHRISTI incidere in d. XXV
Tebeth seu d. VI Ianuar. (1).

SEPTIMVM ITER ad definiendum nata-
lem seruatoris ingregiuntur, qui antiquis-
simae traditionis auctoritatem sectantur.
Quam vetustissimam ex CLEMENTE ALEXAN-
DRINO hauriendam esse iure omnino exi-
sti-

baptismatis ad ipsa auspicia anni trigesimi fi-
xi haud admittit. DANIELIS autem vaticinio
nihil iauatur sententia, quod plerique inter-
pretes hoc pertinere, non sine ratione, per-
negant. Ut difficultates praeterea sumus, qui-
bus illi implicantur, qui vitam CHRISTI ad an-
nos XXXII et dimidium restringunt, ut epo-
cham *Luc. III com. I* cum indubiosis historiarum
monumentis concilient.

(1) Hunc calculum duxit clar. KOCHIVS in *Danic-
le reservato* § CCCXXIII p. CCCLV et locis re-
liquis ibi citatis. Praeter dicta (g. II) pleris-
que haec supputatio arbitrariis hypothesibus
bene multis niti impeditiorque esse videbitur,
quam ut lectoribus difficilioribus certiorisque
conuictionis cupidis satisfaciat.

stimant, atque vel ipsum CLEMENTEM natuitatem hanc ad d. XIII cal. Dec. seu XVIII Novembr. figere autemant (m); vel ex aliorum ab illo recensitis sententiis eam, quae d. XXV Pachon seu d. XX Matti definit, et verisimillimam esse et reliquis ab eodem praeferri arbitrantur (n).

RE-

(m) Verba CLEMENTIS Strom. lib. I. p. CCCXXXX
 haec sunt γίνονται οὐδὲ ἀφ' οὐδὲ κύριος ἴγαννήθη, ἐπειδὴ Κομόδου τελευτῆς τὰ πάντα ἔτη ἑκατοῦ ἐνεγκούτα-
 τίστησα, μὴν εἰς, ἡμέρας/ sicut igitur, ex quo
 natus est dominus usque ad mortem Commodi
 anni omnes CLXXXIII mensis unus et dies
 XIII; quae PETAVIUS annot. ad Epiphan. p.
 CCXI et copiosius TULLIUS diff. de natali Chri-
 sti p. XXXI &c. ita interpretantur ut computo
 facto ab an. aer. vulg. CLXXXII p̄d. Cal.
 Ian. quo interemptus est Commodus, natalis
 CHRISTI incidat in XVIII Nou. eamque defini-
 tionem ipsius CLEMENTIS esse prouantiant. In
 qua interpretatione reuelenda feliciter elab-
 orauit SAM. BASNAGIVS ann. eccl. pol. tom. I p.
 CXVIII, vbi euincit CLEMENTEM in anno na-
 tali CHRISTI figendo occupatum epocham ALE-
 XANDRINAM a mense sextili annos numerantem
 adhibere, licet fateatur vel auctoris vel libra-
 rii culpa numeros fallere consique menses
 III et dies III. Ipsum saltem verborum CLE-
 MENTIS ordinem id commonstrare arbitramur,
 eundem post haec demum verba ad mensem
 diemque definiendum progredi, antea autem
 de anno tantum disputare.

(n) Probatum iuit hanc sententiam prae aliis

A. P. B.

RESTAT OCTAVA et ultima via huius investigationis, longior quidem impeditiorque, omnium tamen sine dubio certissima ad efficiendum annum CHRISTI natalem, annique partem et quadranteum, quae chronologica quarundam epocharum inuestigatione absoluitur, atque indubiorum antiquitatis monumentorum et historiae sacrae collatione constituitur, licet ipsi eam ingressi in sententiарum diuortia discedant. Duplici labore hic opus est. Primo ut tempus, quo HERODES animam efflauit, inuestigetur, quod recentiorum nonnulli in d. XX Nou. anni Iuliani XXXXII v. c. DCCL (o), qui

ALPH. VIGNOLIVS in biblioth. germ. tom. II p. XXVIII &c. Ambigent tamen difficiliores lectors non sine ratione de praerogativa huius sententiae prae reliquis ibi commemoratis ex verbis CLEMENTIS I. c. (c), ex auctoris saltem intentione, demonstranda: adeo enim is iudicium suspendit ut ad nullam prorsus inclinet, licet omnino communior fuisse videatur inter catholicos haec opinio, quam primo loco proponit, et cui post commemoratas BASILIDIANORVM sententias, aliorum demum ut ratiorem subiungit. Quodsi vel CLEMENS quidquam de die natali pronuntiasset, vel plerique ALEXANDRIÆ in hac sententia de d. XXV Pachon consensissent, fieri vix potuisset ut, quem sacris publicis celebrari cooperit hic natalis, aliud diem imponi sibi paterentur ALKANDRINI.

(o), quidam rectius circa paschae festum anni *Iuliani* XXXXIII (p), alii demum verisimilime circa pascha a. XXXXII incidere existimant (q). Deinde ut census *Luc.* II *com.* I. II commemorati tempus definitur, habi-

(o) IAC. VSSERIVS hanc epocham assumxit EDW. LIVELVM fecutus, *annualium* p. DLXX. Idem fecerunt TILLIVS (h. III) et WILH. WHISTON in *confsp. harm. eu. prop.* XII; neque SCHELSTRATEN ant. *eccl.* ill. *tom.* I. *diff.* I. *cap.* II. *art.* I. §. VIII eam descendam esse existimar, productio loco ex megillat taanith ab VSSERIO non lecto. PET. ALLIX tamen ita hanc sententiam confecit *distr. de an. et m. nat. Christi* cap. XVI p. CLI &c. ut ipsi subueniri nequeat.

(p) Hanc epocham stabilitum iuit HENR. NORISSVS in *cenot. pisani. diff.* II c. VI *tom.* III p. CCXXX &c. adoptarunt BASNAGE *ann. pol. eccl.* *tom.* I p. CLVI et LAMY *app. chron. part.* I. c. VIII.

(q) Effecerunt illam epocham illustr. IO. GOT. HEINECCIVS *op. var. syll. exerc.* II §. VIII &c. PETAVIVS *de doctr. temp.* *tom.* II *lib.* XI c. I-III. ALLIX I. c. (o. III) c. X et XII. IO. VAILLANT *diff. sur l' année de la naiss. de I. CHRIST* *in mem. de l' acad. des inscr.* *tom.* IIII p. CLXXXI et NATH. LARDNER *fid. eu. lib.* II *app.* p. CCCXXXXII &c. qui vtriusque tamen sententiae tam huius quam proxime praegressae rationes et difficultates affatim profert. Plura vero hanc postiorem confirmant in primis nummus a VAILLANTO productus, qui etiam accuratius exhibetur a SCHELSTRATEN I. c. (o. III) p. CCCCLXXXVIII coll. p. Dlll &c.

habita simul ratione TERTVLLIANI (r), qui per SENTIVM SATVRNIVM illum actum esse prohibuit. Quod duplice ratione constituitur. Nonnulli arbitrantur censum in Syria quidem coepisse sub SATVRNINO, continuatum autem fuisse sub eius successore QVINCTILIO VARO per P. SVLPIC. QVIRINIVM extraordinarium legatum, licet illius, sub quo agi cooperat, nomen prae se ferrer; ut adeo nihil obstat quo minus eodem anno, quo HERODES obiit, ille census actus CHRISTVSQUE natus fuisse videatur. Plerique in hanc sententiam concedunt, qui censum hic orbis romani intelligendum autumant, eumque ad secundum ex tribus ab AVGVSTO actis in marmore Ancyrano commemoratum referunt (s). Alii vero
per-

(r) Lib. III. contra MARCIONEM c. XVIII sed et census constat actos sub AVGUSTO tunc in Iudea per Sentinm Saturninum, apud quos genus eius inquirere potuissent. Qui TERIVLLIANVM in nomine praefidis romani falli existimant, aue verba Luc. II cem. II obuia reddunt, erat illa descriptio prior ea, quae praefide CYRENIO facta est hoc labore supercedent, sed tum nodum secare magis quam soluere videntur, tum aliis incommodis implicantur.

(s) Sic statuunt III. HEINECCIVS l. c. (q. III) §. XVIII &c. SCHELSTRATEN l. c. (o. III) art. III §. VIII PET. DAN. Huetius dem. eu. prop. VIII cap. X§. III et HUMP. PRIDEAUX in connex. his.
§. et

perspectis illius opinionis difficultatibus hunc censum cum illo contulerunt, quem IOSEPHVS (t) memorat *Palaestinae* peculiarem, atque illum, si SATVRNINVS VARO decessit an. Iul. XXXXI v. c. DCCXXXIII
 (u) verno tempore illius anni ante conuentum berytensem secundum, cui QVIRINIUS non interfuit, vel si, quod probabilius est, hic illi succedit an. Iul. XXXX v. c. DCCXXXXVIII (v) aestiuo tempore eiusdem

f. et prof. part. II. Difficultates huius sententiae erudite commemorat LARDNER (q. III) lib. II c. I p. X &c.

(t) *Antiq. lib.* XVII c. II §. VI cf. BYNAEVS *de natatili. I Chrissi lib.* I c. III §. V &c. LARDNER I. c. p. LXIII &c. ALLIX (o. III) cap. III p. XVIII &c.

(u) Tres nummi *antiocheni* cum inscr. επιστάγεων sub Varo, quorum unus annum appositum habet in' f. XXV, alter επιστάγεων f. XXVI, tertius επιστάγεων f. XXVII exhibiti a VAILLANTIO I. c. (q. III) et SCHELSTRATEN I. c. (o. III) illud demonstrant, si aera αειατα *antiochenas*, d. XXVIII Ang. anni c. C. DCCXXIII similiter ac *alexandrina* numeratur, cuius annus XXV in a. v. c. DCCXXXXVIII iul. XXXXI incidit. Assumunt hanc epocham annorum *antiochenorum* NORISIVS *cenot.* pis. diff. II. c. XVI §. XIII tom. III p. CXVIII et PET. ALLIX p. XXX.

(v) Alteram sententiam de aera αειατα *antiochena* in an. v. c. DCCXXIII referenda stabilierunt NORISIVS rectiora edoctus *de epoch. syromac.* diff. III cap. VII tom. II p. CCLX etc.

MAR-

dem anni post hunc conuentum, per *Iudeam* actum fuisse. Vnde quidam coniicendo mensēm natalem definire tentarunt, nemo tamen ad diem determinandum progressus est (w). Qui tertium quartumque labo-

HARDVINVS *antirrb.* p. LVIII &c. VAILLANT. I. c. p. CLXXXV PAGI app. *chr.* n. CXXXVI. Incipit haec aera a d. II Sept. non d. XXVIIII Aug. fuit igitur VARVS iam aliquod tempus in *Syria* ante *Septembr.* a. v. c. DCCXXXVIII, vt nummi cum ipsius nomine eudi potuerint, nisi coniicete maluerimus nomina nouorum praesidum *Romae* ab *augustis* constitutorum imponi coepisse in prouinciis recens euisis nummis ante ipsorum aduentum, qui sero protrahebatur nonnunquam, potuisseque SATVRNINVM successore iam constituto ad exeuntem aestatem usque in *Syria* cum imperio esse, licet nummi illius anni iam VARI nomen pae se ferrent.

(w) ALLIX I. c. conicit in *martium* incidere natalem CHRISTI, ob conuentum *berytensem* secundum, quem mense *Mai* habitum esse pronunciat: quod tamen LARDNERO lib. II. c. III displicet, qui longius interuallum inter illum conuentum mortemque HERODIS requirit, atque mensēm Sept. vel Octobr. natalem CHRISTI definit, assumta hypothesi QVIRINI censum sub SATVRNINO indictum coeptrumque fuisse, sub VARO autem actum vere saItem continuatum. Quod euitari potest, si ponamus QVIRINIVM post conuentum *berytensem* quidem, ultimis tamen mensibus SATVRNINI imperium continuantis ante VARI aduentum censum egis-

laborem adiiciunt, ut tam ex *Io. II com.* XX initium ministerii publici CHRISTI, quam ex *Luc. III com.* I auspicia ministerii IOANNIS supputent, in constituendo servatoris natali, ne anno quidem, multo minus mense dieque, quidquam proficiunt: nisi in priore computo ad annum mortis CHRISTI demonstrandum perutili supponant certum aetatis domini annum, qui ex *Luc. III com.* XXIII effici non potest per prius dicta; in altero autem praeterea assumant initium ministerii IOANNIS CHRISTI baptismina sex menses praecesisse, quod demonstrari nequit.

SI QVID iam videmus, indubium cuius fore arbitramur, frustra laborari in definiendo die natali IESV domini, praestare que ignorationem illius plane fateri cum perspicacissimis viris, qui cognita causa, subductis coniecturarum rationibus auditisque singularium patronis tandem exclamarunt *focis probe, incertior sum multo, quam dudum* (x). Quare nihil nunc relinquitur, quam

se, quod breui tempore fieri potuit, ipso LARDNERO fatente celerrime omnia gesta videri et fere praecepitata. Idem mensis Septembr. ab HARDVINO l. c. p. LXIII ex hac supputatione eruitur.

(x) SCALIGER l. c. (d. II.) ingenue id fassus est, et plerique post ipsum eo certius perspexerunt hanc ignorantiam, quo enixius in illa investigatione elaborarunt. cf. ANT. BYNÆVM de nat.

quam vt caussis huius ignoracionis inuestigatis, quid partium nostrarum officiique sit in ea recte collocanda atque in usum legitimum conuertenda meditemur.

CERTE NON temere aut casu, sed sapientissimo DEI consilio id accidisse viderur, vt natalem CHRISTI nesciamus cum ignarissimis. Paucis enim verbis huic ignorantiae obuiam iri potuisse in libris diuinitus conscripsit, nisi e re populi christiani fore prouidisset diuina sapientia, vt quemadmodum nullius mortalium natalis in sacris litteris definitur, ita etiam domini natalis silentio premeretur a rerum ipsius scriptoribus, qui illum vel non ignorarunt, vel facile rescire potuerunt. Scilicet id egit Deus vt superstitione temporum obseruationi aditus praeccluderetur, ciuitatique suae dierum religionibus efficacius, quam legum

*nat. IESV CHRISTI lib. I c. IIII §. XIII p. CCCXIII,
IO. WANDALINVM in diatr. de fe. a passione c. II
p. CCXXXVIII in IO. GE. GRÆVII synt. diss. ra-
rior. Quæ tamen confessio eo detorqueri non
debet, vt inutilem plane et infructuosam iu-
dicemus hanc inuestigationem. Scientiae enim
et sapientiae humanae pars haud exigua est in-
scientiam non credere et praesumere sed scire,
noti ignotique, veri et falsi discrimina perspi-
cere, certi, verisimilis et improbabilis limites
gradusque metiri, credulæ et incredulæ leuita-
tis aequæ ac morosæ difficultatis pericula ef-
fugere, iuum opinionibus pretium statuere,
singulisque in rem suam vti.*

legum formulis conceptissimis fieri potuisse, interdiceretur (y). Innumerae praeterea hariolationes hominum maleferiatorem coelo abusurorum, atque vel seruatoris vitam et vicisitudines ex siderum influxu explicare, vel genethliacis diuinationibus horoscopon CHRISTI praetendere ad gressurorum, hac veri certique natalis ipsius ignoratione arcenda fuerunt. Quandoquidem non defuerunt, qui sacratissimam natuitatem vanissima perniocifissimaque arte contaminatum iuerunt, speciosius

(y) In festis mobilibus illa superstitione adeo verenda non est, quam in immobilibus. Quare civitatis christianaem commodo factum est, ut quin *Iudeorum* festa immobilia fuerint omnia ad annum lunarem ordinata, qui ipse tamen, ad cursum solis relatus, mobilis est et cyclis indiget, quem *Iudei* ob festorum cum messe in eunte, et confecta coniunctionem negligere non potuerunt, eamque ob caussam intercalationibus omnia haberent mobilia: christiani in festorum constitutione ad annum solarem fixum, antiquitus immobile festum ab Apostolorum memoria haberent nullum, immobilia autem omnia sensim introducta certa temporis, quo celebrantur, cum rebus gestis, quarum memoriac consecrantur, conuenientia careant; atque in dissidio veteriorum christianorum de paschae celebratione quartodecimanorum sententia alteri cesserit atque non praeualuerit, ut quae immobilia magis futura fuisset, vide ri saltem portuisset, et superstitutionibus speciosorem colorem inducere.

fius aliis imposituri, si tempus hoc natale certius exploratum definitumque habuisserit (z). Tandem hoc silentio scriptorum sacrorum, neglectaque veterimorum christianorum conseruandae natalis huius memoriae suspicio tam regni externi, indoli imperiorum humanorum conformati, quam fraudum vanitatisque a condenda CHRISTI ciuitate amolienda fuit, et primordiis et posteritati obfutura (a).

D 3

KO-

(z) Quotquot nefario ausu eo vsque delapsi sunt temeritatis, ut CHRISTI nativitatem calculis astrologicis et horoscopio subiicerent, non solum in die illius figendo incertam opinionem traditionis occidentalis secuti sunt, verum etiam in anno assumendo, et diuersum computum amplexi sunt, et ad unum omnes a vero anno abierarunt ob tenebras chronologicas minus depulsas: nihil tamén secius in productis harriolationibus mirifice conueniunt; quod facile est dudum facta probeque cognita vaticinari, atque adeo et semet ipsos et vanissimam artem turpiter dederunt. Alia somnia astrologica de re christiana commemorat et confutat GERH. IO. VESSVS de theol. gent. lib. II cap XXXXVIII.

(a) Multiplici christianorum suspicionei, caluniae, errori etiam et vitio forte occasionem amputatam fuisse hac ignoratione natalis CHRISTO merito laetamur. Quum soli principum natales publice celebrari ab horum inum memoria consueverint, ipsis forte infirmiores christiani, iudaicis in primis opinionibus de regno messiae innutriti, regnum externum instans suspicari, horribus saltē moliminum eo directorum suip-

cio.

NOSTRVM IGITVR erit sapientissimum
Dei moderamen in delectu habendo rerum
CHRISTI in rem nostram memorandarum
omnique posteritati consignandarum, ipso-
que silentio scriptorum sacrorum (b) ve-
nerari,

cionem facere potuissent, si memoria natalis
domini celebrata inter ipsos fuisset. Cauilla-
tionibus praeterea irrisorum rei christianaee co-
loris et verisimilitudinis plurimum detrahitur
illa scriptorum sacrorum simplicitate et breui-
tate, qua factum est, vt inter alia innumeræ
et huius natalis christi notitia hominum cu-
riositati subtraheretur. Quodsi enim imposto-
ribus fraudibusque coniurationis facerrimas
historia CHRISTI deberetur, certe non defutu-
ri fuissent eius conditores h̄ eroi suo melius or-
nando, atque non solum gloriose et hono-
rificentiora ex hominum iudicio, verum etiam
plura de originibus, natali, primaque aetate ef-
fecturi, cuiusmodi commentis spuriaæ narra-
tiones ad fallendum compositæ scatere solent.
Immo si veram historiam ea mente scripsissent
diuini homines, quam aduersarii ipsis affingunt,
huiusmodi circumstantiarum commemoranda-
rum studioiores futuri fuissent. Aut si inter-
polationibus sequiorum temporum libri illo-
rum patuissent, certe natalem CHRISTI et alia
multa huius generis in illis nemo desideraret,
a quo vel extraditione vel coniecturis inferen-
do corruptores sibi omnino non temperassent,
quum iam fœc. II in eunte curiosus de eo quaerē
cooperit.

(b) Quæ 10. XXI com. XXV leguntur iam supra di-
cta fatis confirmant. Non enim defectu igno-
ratio-

nerari, easque narrationes, quas conserua-
tione aeternaque memoria dignas iudica-
uit, referrique in litteras iusfit, eo maioris
facere, studiosius iis vti perfruique: dein-
de annua sacra non contemtim habere aut
negligere, sed ita obire vt missis otiosis
contemplationibus in seriam viuam arden-
temque cogitationem insignis beneficij na-
tuitate CHRISTI in genus humanum diuini-
tus collati ingrediamur, idque nostrum fa-
ciamus desideriis, consensione, fiducia,
laetitiis, laudibus, gratiisque habitis aeter-
numque agendis, neque ex solo temporis
sacri transitu quotannis iterato fructum spe-
remus sine his mentis CHRISTO occupatae
beneque aduersus ipsum animatae exerci-
tiis: intentioni demum maiorum nostro-
rum piae, vt pie credimus, satisfacere stu-
diumque aemulari, in fugiendis abolen-
disque irreligiosis superstitionibus (c), so-

D 4 lemni-

rationeque rerum scribendarum factum est, vt
plura in litteras non referrentur, sed sapientis-
simi consilio, quo narrationibus aequa ac do-
ctrinis proponendis modus statuendus fuit le-
ctorum usibus accommodatus, ne historia serva-
toris vel deficeret finibus, quibus illius configna-
tio destinabatur, vel abundaret rebus alienis ne-
que ad doctrinam reuelatam confirmandam, ne-
que ad lectores emendandos, neque ad maiorem
fidem reliquis rebus faciendam profuturis.

(c) Meliori certe consilio quam felici euentu, fa-
turnalia et solis sacra, calendarumque prima-
rum solemnia ad CHRISTVM translata fuerunt.

Eue-

lemnibus publicis DEO vindicandis, feriis in cultu ipsius faciendaque re sacra transigendis, et annorum denique exeuntium in euntiumque (d) vicisitudinibus CHRISTO consecrandis. P. P. HALAE propter Salam in academia FRIDERICIANA d. VIII cal. Ian. qui in fastis sacris est vigilia natalis IESV DOMINI anno clo 10cc XXXX.

Euenit exinde ut religionibus inueteratis cultibusque et ipsis vitiis noua et sanctiora nomina imponerentur, et nullum anni tempus irreligiosius ac supersticiosius transfigeretur. Germani populique septentrionales hac in re romanarum diuinitatum cultoribus haud feliores fuerunt, quorum sacra IUELIA, soli vertenti reducique deuota cum omni vitiorum pompa ad natalem CHRISTI obeundum transferunt, primorum episcoporum cura, ubi serius agebantur, reuocata ad finem Decembris; de quibus conferatur praeter scriptores a FABRICIO in *biblio antiquaria cap. X §. XVI p. CCCXXXIII* commemoratos, TROG. ARNIELS *cimbrische heiden-religion p. I cap. XXVIII §. V p. CLV &c.* et IO. HEINR. von FALCKENSTEIN *nordgauische Altertumer p. Ic. VIII p. CLXXXIII.*

(d) Sicut omne tempus inter paschae et pentecostes festum antiquitus sacrum fuit; ita et breui post introducta sacra nati CHRISTI omne tempus a natali ad epiphaniam seu d. XXV Dec. ad VII id. Ian. in re sacra facienda transigi, sanctumque doceae meron vocari coepit. Quod licet a profanis hominibus male et irreligiose satis locaretur, a religiosis tamen salutisque cupidis semper singulari cultu diuinorumque exercitorum frequentia celebratum fuit. Neque sine ratione temporum auspicia exitusque Deo dedicantur, ut omnis vita nostra ab ipso fortunetur ipsique consecretur.

PROGRAMMA ACADEMICVM VIII,

SEU

SVCCINCTA ENARRATIO
SOLEMNIVM,

QVIBVS

MEMORIA CHRISTI IN LV-
CEM EDITI ANTIQVITVS
CELEBRATA EST

AD

NATALEM IESV DOMINI

AD D^o XXV. DEC. CIO IO CC XXXXIII

INDICENDVM.

* * * * * *
* * *

Q. F. F. Q. S.

IN aperiendo edicendoque solemniter natali IESV domini iustitio et sacris publicis piuatisque religiose obeundo extemporum praeteritorum memoria breuiter enarrabimus et sacra solemnia, quibus in populo CHRISTI antiquitus peragi sensim confueuit; et perpetuam beneficii immortalis celebrationem, aera annorum ab auspiciatissimis his natalibus numerandorum constituta (a). Quod neque a re esse, neque

VO-

(a) Restant haec duo capita explicationis antiquatum hujs festi duobus programmatibus iam tractatae, quorum *primum* anni 150 CCXXXVIII de *solennium CHRISTO nato* *sacerorum originibus* agit, atque in *teu. BAKII collectione programmatum baumgartianorum* quintum locum occupat, vbi integræ tractationis conspectus comprehenditur p. cxviii (a), alterum anno 150 CCXXXX prodiit atque *mensem diemque memorie CHRISTI nati antiquitus consecratum* proponit. Vnde appetet optionem argumenti debiti magis fuisse quam arbitrii ad fidem olim datam plene liberandam telamque satis protractam sic demum pertexendam.

VOBIS, CIVES AESTYMATISSIMI, iniucundum fore existimamus, si rerum olim gestarum intelligentia delectamini, maiorumque exemplis erudiri atque in rem vestram sapere haud grauamini.

Prior enarratio quadripartita erit, ut *primum* solemnia festum praegressa lustremus, *deinde* sacra ipsis diebus festis facienda commemoremus, *postea* religiones explicemus, quae festum proxime exceperunt, et *tandem* festiuitates adiiciamus, quae in vniuersum hoc pertinent.

Duplici ratione curarunt veteres ut praeparato accederent ad memoriam natalis CHRISTI rite concelebrandam. Consecrarent enim et aliquot hebdomades festum praegressas solempnique ADVENTVS nomine insignitas et VIGILLAS, quae festum proxime praecedunt. Sero satis inualuit ea *aduentus* constitutio, quae nunc obtinet(b), nec eadem

(b) Quum ipsa solemnia natalis CHRISTI saeculo III origines debeant, quod primo *programmate* (a) demonstratum dedimus, audiendi omnino non sunt, qui *aduentus* institutionem ad *apostolos* autores, PETRVM in primis, relatum eunt, prout in fratum MACROVVM *hierolexico & GVIL. DVRANDI rationario lib. VI c. II n. I commemoratur. Neque denominatio homiliarum quarundam in antiquiorum doctorum scriptis vetustatem maiorem demonstrat, quam quae postea probabitur; quum plerique sermones recentius inscripti fuerunt.*

eadem semper fuit, sed varias vicissitudines habuit. Primae illius origines repetendae sunt ex studio cumulandi annum ieiuniis statis, quod non solum solemnes quatuor temporum per anni decursum aequaliter distributorum abstinentias peperit (c), verum etiam consuetudinem inuexit ieiunandi vnum saltem subinde plures dies proximos ante singula festa (d). Quorum accessit

(c) Videntur quatuor temporum ieiunia saeculo quinto ineunte admodum iam inualuisse, non tamen vbi vis, sed in nonnullis tantum ecclesiis, *romana* in primis; cuius consuetudinem reliquae per occidenteum, quaedam tamen sero valde, fecutae sunt. Princeps qui illorum eamque frequentem mentionem facit, LEO I est, a quo longe maximi sunt & fere necessaria diuinatusque instituta habentur. Vberius historiam illorum disputant IOS. BINGHAM *orig. eccl. lib. XXI c. II seqq. I &c. &c.* ADR. BAILLET *bis. des fetes mobiles tom. III des vies des saints p. CXXXVIII &c.* neque minus IO. DALLEVS *de ieiuniis & quadragesima lib. III cap. VII atque in primis LVD. ANT. MVRATORIVS anecd. lat. tom. II. p. CLXXXV. &c.*

(d) Haec consuetudo nunquam quidem vniuersam ecclesiam peruersit, pristinis tamen temporibus frequens admodum fuit, ex quo vigiliae et sacra nocturna desierunt, quibus compensandis destinabantur, quod luculentissime testatum facit *genoma anim. lib. III. c. VI* ubi haec leguntur: *pasquam illusores bonum in ludibrium permuteauerunt et turpibus cantilenis et saltationibus, potationibus et fornica-*

cessit consilium ieuniis publicis obuiam eundi inueteratis superstitionibus profanis que laetitiis ex commentitiarum diuinitatum cultu residuis, quibus hoc anni tempus p[re] reliquis insigniter laborabat (e). Hinc euenit

nicationibus operam dederunt, vigiliae interdictae et dies ieunii dedicati sunt et vigiliarum nomen retinuerunt. Vnde et festa dominica et alia bene multa ut pleraque MARIAE, MICHAELIS, APOSTOLORVM, IOANNIS, LAURENTII, MARTINI ieunia praegressa habebant; quae dispensationis vocabantur, de quibus DURANDVS (b) c. VII &c. agit, siagulorumque testimonia excitantur in CAR. DV. FRESNE DE CANGE glossario mediae et infimae latinitatis ed. benedict. tom. III sub voce *ieinium* p. cccxi &c. Antiquam esse hanc consuetudinem atque ex saeculo IIII repetendam in festis dominicis ex PHILASTRIO apparet, qui in *cat. haeres.* h. LXXXVII diserte perhibet *per annum quatuor ieunia in ecclesia celebrantur, in natali primum, deinde in pascha, tertium in epiphania, quartum in pentecoste.* De natali CHRISTI idem constat ex AVGUSTINI epist. LXV ed. bened. ad XANTIPPVM. Atque si vera coniicimus ieinium sabbati feriae VII exinde ortum traxisse videtur in occidente, contra trium saeculorum primorum perpetuumque orientis morem, ut quemadmodum pridie festorum dominicorum ieunarentur ita eadem preparatione ad dominicas vterentur.

(e) Indubium est et ieinium epiphaniae et ipsarum calendarum Januarii abolendis tam superstitionibus quam commissionibus feriarum

nit ut a saeculo post CHRISTVM natum quinto alicubi sex hebdomadum ante natalem RESV singularum tres dies ieuniis destinarentur (f), postea integrum illud tempus ad imitandam *quadragesimam paschae* abstinentia et ieuniis consecraretur, quatuor proximas hebdomades seuerius, et ultimam rigorosissime peragendis (g). Quam LATINI voca-

rum apud *romanos* eo tempore visitatarum destinatum fuisse, prout recte perspexerunt ISIDORVS de eccles. offic. lib. I cap. XXXX, ALCVIVNS de diu. offic. cap. IIII: et de quibus acerbae apud antiquiores TERTULLIANVM, GREGORIVM nazianzenum, AMEROSIVM, AVGUSTINVM aliosque querelae leguntur. Quam ob rem veri simile est eadem ratione veteres *saturnalium* aliarumque feriarum, quibus *December* refertus erat, corruptioni hac iejuniorum ordinatione occurrere voluisse, ipsaque protractione longiore ferias vindemiarum imminentum circumscriptumque iuisse.

(f) PERPETVVS Turonensis saeculo quinto medio primus a festo Martini ad natale domini ter singulis hebdomadibus iejunari iussit, teste GREGORIO Turonensi bish. franc. lib. X c. XXXI ed. ruinart. p. DXXX. Quae origo et instituti primum et aucti postea iejunii sex hebdomadum ante CHRISTI natalem in ecclesia turonensi gallisque admodum probabile reddit, summam S. MARTINI venerationem late per occidentem sparsam plurimum contulisse ad hanc consuetudinem.

(g) Saeculo sexto longior haec abstinentia in con-

carunt quadragesimam S. MARTINI, dominicas autem sex ordine inuerso, quam nunc quidem dominicae aduentus numerari solent, sextam, V. IIII. III. II et primam ante natalem CHRISTI (h). GRAECI vero, apud quos serius introducta fuit, quadragesimam S. PHILIPPI appellarunt, sine peculiari dominicarum illius temporis denominatione, quae ab ipsis o-

etiam

conciliis gallicis constituebatur, vbi concilium matisonense can. VIIII feriae II. III et VI ieiunia omnibus in vniuersum imperauit, turonense II autem can. XVII monachis perpetuum ieiunium per integrum mensem decembrem imposuit. Quod breui post reliquae ecclesiae imitatae sunt in occidente primum et ipso tandem oriente.

(h) Licet insignis varietas numeri reprehendatur in veterum libris liturgicis, quum duarum, trium, quatuor et quinque dominicarum ante natalem domini aequa ac sex mentio subinde occurrat: plerique tamen in eo consentiunt ut sex dominicas vna cum hebdomadi bus illi praeparationi consecrent. Quod in officio mosarabico & ambrosiano diutissime durauit, quum Mediolani medio demum saec. XVII consuetudo romana quatuor dominicarum praeualuerit. Immo non defuerunt, qui hanc quadragesimam auctum mirifice irent, ei que integrum nouembrem adiicerent, quid quod de auspicando hoc ieiunio postridie fessi IOANNES seu d. XXV Sept. laborarent, quod auctor subdititiae epistolaes AVGUSTINI ad SIBIANVM copiosissime satagit.

*etiam et sequentes s. LVCAE dicuntur (i). Tandem a saeculo octavo coetus *romani* consuetudo consecandi quatuor tantum domi-*

(i) Solet plerumque ad Saec. XII, decimum saltem, referri origo huius quadragesimae apud graecos; qui eandem cum latinis diversitatem ieiuniū huius assumserunt seniorem autem eius obseruationem retinuerunt, ut vel sex integras hebdomades vel decembrem solum vel unam hebdomadem ieiunent, quorum prius ad monachorum instituta adhucdum pertinet in oriente, posterius ad omnes in universum. Nomen quadragesimae PHILIPPI festo illius apostoli debetur, quod graeci d. XIII Nonemb; celebrant, postridieque has abstinentias auspicantur. Perhibent autem hanc quadragesimam imitari ieiunium mosis, ut paschalis Christi, et ieiunium post pentecosten ELIA cf. THOM: SMITH de stat. hod. eccl. graec. p. XXV &c; TO: MICHAEL HEINECCI Abbild; der griech. Kirche part. III c. VI §. XIII et IAC. GOARI Euchol; graec: p. CCLVI. Ad ipsos orientales tam neofidianos quam monophysitas eadem quadragesima perusit, qui ieiuniorum severitate nemihin concedunt, neque facile ab aliis coctibus ieiunia constitui passi sunt, quae sua non fecerint. Illi quatuor dominicas annuntiationis mense Decembris ante natalem IESV celebrant, ut Ios SIMIASSEMANVS biblioth. or. tom. III part. II p. CCCLXXX &c. ex officio IESVIA BI commemorat; hi ieiunium nativitatis vocant, idque vel a. d. XV Nou; vel cal. Dec. vel d. X Dec. au-spicantur, quod idem perhibet ex GREGORIO bar. hebreo 1. c. tom. II p. CCLV.

E

dominicas huic praeparationi apud exterios quoque praeualuit, ex quo nomen ADVENTUS et denominatio *dominicarum* primæ II. III et quartæ *aduentus* ortum traxerunt (k), ordinatisque lectionibus publicis effetum est ut illud tempus sanctæ meditacioni triplicis aduentus CHRISTI *carnis*, *gratiae* et *gloriae* destinaretur, nuptiis epulis et laetitias publicis interdicerebatur, ipsaque sacra cum luctus religiosi significatione transfigrentur (l): licet ieuniorum ipsarumque abstinen-

(k) Sunt qui post AMALARIVM *de eccles. offic.* c. XXXX et BERNONEM *augiensem de rit. missae* c. IIII institutionis quatuor dominicarum aduentus GREGORIVM I auctorem faciunt, in cuius libri sacramentorum et exemplis quibusdam et editionibus totidem deprehenduntur, quuni alia longe plura quinque dominicas exhibeant. Recentioris igitur originis esse videtur haec consuetudo romana, quae sub CAROLO magno cum aliis huius ecclesiae ritibus in galliam et germaniam transit, diu tamen non obfuit quo minus quadragesima MARTINI continuaretur, vnde saepius ieunium illud ab aduentu ut angustius circumscripto distinguitur, at quo in ipsis capitularibus francorum quadragesima haec confirmatur lib. VI c. XVIII edit. baluz. p. DCCCCLIII.

(l) Nuptiarum prohibitio cum reliquis luctus publici significationibus in ipsis sacris ad imitationem quadragesimæ sensim inualuit, atque per GRATIANI *decretum in occidente* perpetuae

stinentiarum seueritas dudum obsoleuerit,
incassum quorundam antistitum consiliis et
abhortationibus instaurata (m).

E 2

Vigilias

petuae obligationis evasit, licet ille canon concilii Herdensis, quem is cauſſ. XXXIIII quaefſ. IIII cap. X aequo ac PETR. LOMBARDVS ſentent. lib. IIII diſt. XXXII excitat, nusquam compa-reat, atque ipsum MARTINVM bracarienſem in collect. can. effugerit, vbi c. XXXXVIII, can. LII Conc. laodicieni de nuptiis per quadragesimam interdictis tantum producitur: conc. falingen-fladenſis can. III tamen diſerte commemoratur haec prohibitio. Ad reliqua moeſtitiae indi-cia in ſacris faciendis pertinet confuctudo non canendi formulam gloria in excelsis, neque te Deum laudamus, deponendi dalmaticas, vte-ri-dique colore vſtium et ornamentorum ſacro-rum nigro et quea his gemina ſunt abundan-tiſſime enarrata ab EDM. MARTENE de antiquis eccl. ritib. tom. III lib. III c. X p. LXXII &c. et tom. III lib. III cap. I &c. p. CCXXXVI.

(m) Varia quidem exſtant exempla obſeruati hu-ius ieuii et continentiae ſequiorum etiam temporum, neque defūnt abhortationes prao-fulūm ipſorumque conciliorum decreta ut ſa-ligenſt. can. II et oxoniens. can. VIII, quibus ta-men viuius tantum hebdomadis ieuii transi-gendaſ necelitas imponitur: nihil ſecius ce-leriter ſatis deferuit ardor ſtudiumque ieui-riorum per occidentem, vt haec quadrageſi-ma ipſaque quatuor hebdomadum abſtinentia proſuſ euauuerit, ne ab ipſis quidem mona-chis ſtrictioris obſeruantiae reuocata. De quo et reliquis hoc referendis plura exhibet BAIL-

LET

Vigilias vna cum sacris nocturnis nata-
lis domini cum aliis festis solemnioribus in
vniuersum omnibus olim communes habuit,
atque postmodum non solum retinuit pro-
prias et peculiares ex quo reliquae abro-
gandae fuerunt, verum etiam solemniores
acepit conuentibus publicis et sacris com-
muniiter faciendis cumulatissime condecora-
tas (n). Quae in oriente quidem, vbi
anti-

LET (c) p. CCLVIII etc. et tom. III *mois de Décembris*, p. CCCIII etc. vbi simul de festo *annuntiationis* agitur satis diu in nonnullis occidentis partibus d. XVI vel XVIII Dec. celebrato, et *antiphonis O*, quae nomen festi O pepererunt, eoque in *mariam reiecta hic remanserunt: cum quo conferendus est MARTEN* (l) tom. III lib. IIII c. X §. XXXXIII. Reliquia de *treuga publica seu induciis diuinis*, variis synodorum et pontificum decretis per integrum *aduentus tempus stabilitis*; neque minus de iustitio aliquamdiu vel per omnem aduentum vel ultimam eius hebdomadem obseruato atque in ipsa *germania* nonnullis legibus publicis fancito, postea tamen imperii constitutionibus abrogato, studio praetermittimus, ne prolixiores simus quam par est. Quae videri possunt apud DV FRESNE (d) sub voce *treuga et CHRIST. WILDOGELIVM in chronoscopia legali ex c. VI c. II §. XII etc. p. CCLXXVIII etc.*

(n) De vigiliis earumque temporum progressu abusibus et abrogatione in occidente maxime, copiose differunt BINGHAM (c) lib. XIII c. VIII secl. III et lib. XX c. VII secl. VIII, SAM. BAS-

NAGE

antiquissima consuetudo auspicandi diem a vespera diei praegressae adhucdum obseruatur in ipsis ieuniis peragendis, partem solemnium faciunt, quibus ipse natalis sacratissimus celebratur: in occidente ad praeparationes festi referri consueverunt, si a sacris matutinis seu antelucanis discesseris. Neque videntur qui haec ita ordinarunt de eo laborasse, ut nocturno potissimum tempore, quo IESVM natum fuisse ex sacris litteris haud obscure appareret, beneficij huius memoriam recolerent, sed innumeras superstitiones ritusque profanos longissimae noctis, quae inter d. XXIIII et XXV dec, incidere, licet

E 3 falso,

NAGE annal. politico eccles tom. I p. DCXXVIII
etc. et IO. BONA de div. psalmodia c. IIII etc.
Ex quo per occidentem vigilarum sacra in diem translata fuerunt pridie celebranda, natalis domini praeter vigiliam die XXIIII Dec. missa solemnii peragendam pernoctationem religiosam retinuit, ut illa nox insomnis traduceretur nocturnisque conuentibus destinaretur ipsa eucharistiae celebratione illo tempore alias inusitata conspicuis. Licet postea opiniones et consuetudines nonnullae de tempore agendarum missarum horis matutinis circumscribendo effecerint ut haec sacra, vespertina primum noctisque proiectae, tanquam a media nocte peracta ad incuntis diei sequentis auspicia referrentur, ipsique tres missae solemnnes tribuerentur, ex quibus prima indubie olim ad praegressum diem pertinuerat cf. MAR-TENE (1) tom. III lib. IIII c. XI et XII et tom. III lib. III c. III et IIII.

falso, putabatur, proscribere, arcere et penitus eradicare voluisse (o).

Solemnia, quibus ipsum festum celebratum iuerunt veteres, vel communia sunt cum reliquis temporibus sacris et festis in primis maioribus *pascua ac pentecoste*, vel ipsi peculiari ratione propria.

Ad priorem ordinem pertinet, ut non solum ipse natalis dies verum etiam duo proximae sequentes, quidquod alicubi tres inseparati, conuentibus publicis omnibusque sacris, quae diebus dominicis fieri consueuerunt, peragerentur (p); laborum in vniuersum omnium,

(o) Vberius de hac veterum opinione disputauimus *progr. an. clo lo CCXXX (a) p. XII etc.* et nonnullas deinde commemorabimus consuetudines inter *romanos* aequae ac septentrionales populos receptas, quibus obuiam eundem existimarent veteres consecratione huius noctis. Peculiaris horarum, quibus beneficia solemnii celebratione recolenda olim acciderant, memoria et cultus in sacris *christianorum* nusquam obtinuit, qui iisdem diei noctisque horis quorumuis festorum solemnia obierunt. Neque dubium est vocem *Weihnachten*, qua festum a *germanis* appellatur, noctem consecratam significare ipsaque hac denominatione indicari noctem hanc et sacram fuisse veteribus et adeo venerabilem ut toti festo nomen dederit.

(p) Saeculo nono festa dominica maiora quatuor dierum fuerunt. In natalibus *Iesu ex capi-*

omnium, negotiorum publicorum et fori, ludorum etiam et spectaculorum cessatio imperaretur (q); et laetitiarum denique signifi-

E 4

fica-

capitularibus reg. Franc. lib. VI. c. CLXXXVI et conc. moguntiaci can. XXXVI constat d. XXVIII Dec. quartam festi feriam fuisse, cuius solemnia praegressis diebus parum concesserunt ob memoriam sanctorum innocentum seu infantium bethlemiticorum, quae eo die recolabantur. Nam quum hi infantes pro primitiis martyrum Christi haberentur, ipsorumque memoria solemnis olim cum ipsa nativitate IESU d. VI Jan. celebraretur: factum deinde est, ex quo festorum multiplicatio irrepedit, ut seorsim colerentur in occidente d. XXVIII Dec. a graecis d. XXVIIII et a Syris d. XXVII pro diuerso feriarum natalitium numero, quas hi protomartyres conuenientissime claudere videbantur, quod dies supremi martyrum antiquitus natales corundem dici consueuerant. Agebatur primum haec ipsorum memoria cum aliqua iunctus significatione, quae tamen in effusissimas laetitias transit postquam sensim haec sacra publica pueris, quoad fieri posset, peragenda committerentur, donec execrabilis stultorum festo tandem locum fecit.

(q) Vacatio laborum in *natali domini iam constit. apostol. lib. VII cap. XXXIII imperatur, qui subdititius liber, cum ultra saeculum IIII detrudi nequeat, illius temporis consuetudinem testamat facit, quae GREGORII nazianzeni aliorumque homiliis confirmatur. Primus tamen THEODOSIVS iunior hoc festum iuridicis diebus exemit, quod a THEODOSIO I festi epiphanias iam*

ficationibus opera daretur, neque ieunare aut genibus flexis humumque prostrato precari cuiquam liceret (r).

In

jam euenerat, quo tum a *græcis* natalis IESU
suum celebrabatur, vnde prohibitio spectacu-
lorum ludorumque diebus festis edendorum a
VALENTINIANO, THEODOSIO et ARCAPIO facta ad
natalem ab *epiphania* diuulsum semper valuit
cf. progr. nostrum an. clo 3388 (a) p.
CXXXVI et WILVOGEL (m) p. **CCLXXXXVII.**

(r) Reliqua laetitiae indicia nemini antiquitatis
christianæ non penitus ignaro dubia vñquam
fuerunt, sed ieuniorum prohibitio difficultates
subinde peperit, si quando natalium so-
lemnia in dies statos ieuniorum inciderint,
feriam in primis sextam, LEO I quidem *priscili-*
nistarum erroribus obuiam iturus in per-
versum hunc morem ieunandi ipsis diebus et
natalis et resurrectionis ut in CHRISTVM iniu-
rium inuechitur epist. ad TYRBIVM, quae XV est
edit quesnellinae c. IIII; quod conc. braca-
riensi I can. IIII confirmatum est; postea tam-
men HONORVS III in litteris, quas ODOR. RAI-
NALDV ad an. clo CCXVI n. XXXXV exhibet,
mitius pronuntiat et cuivis abstinentiae co-
piam facit, licet eam necessariam esse neget
rectiusque, nisi votum et strictior regularum
obseruantia obster, vniuersae ecclesiae morem
retineri afferat. Nihilo secius postmodum ne-
cessitas supersedendi ieunio ita inualuit ut
ipsa tandem ieunia calendarum ian. et *epi-*
phaniae admodum olim solemnia in occiden-
te pellerentur.

In alterius classis praerogatiis recentendis. non commemorabimus honorificentissimas vetustiorum doctorum festi huius commendationes, quibus illud, quamvis recentioris originis, ipsis tamen antiquioribus non compararunt sed praetulerunt (s); neque consuetudinem annum eodem auspiciandi adducemus, quae postea rectius disputabitur; sed rituum enarratione nos continebimus ipsi peculiarium. In quibus eminent et maior missarum celebrandarum primo festi die numerus splendidiorque apparatus (t); et solemnior dierum proxime

E 5 con.

(s) CHRYSOSTOMVS hom. XXXI de baptismo Chriſti hunc natalem caput et metropolin festorum omnium vocauit. Plura congesit 10. casp. SVICERVS theſ. eccl. tom. I p. cloCCLXXXVIII etc. cloCCCXXVII, cloCII, cloCLXXVIII.

(t) Romae primum enata est consuetudo trium missarum natali Chriſti celebrandarum, ex antiquiore more sacra faciendi per stationes in pluribus templis. Quae saec. VIII occidentem peruersit easque radices egit ut cum ALEXANDER II saec. XI numerum missarum a singulis presbyteris faciendarum per diem, per nonnulla conciliorum decreta ad tres restriktum, arctius circumscriberet omnemque facultatem plures vna celebrandi penitus adimeret, natalem domini excipiendum existimat. Ad apparatum et pompam sacrorum solemnium illius diei pertinet, tum multitudo formularum recitandarum lectionumque

impe.

consequentiū secundi tertiique consecratio quam in *pascha pentecosteque* (u); et publica

imperatarum in libris liturgicis coetuum et orientalium et occidentis obuiarum; tum *romana* consuetudo, qua constitutum erat ut epistola lectionis quintae per ipsum imperatorem regem aut principem, si quis adesset, recitaretur, quod nonnulli reges in ecclesiis suis imitati sunt, neque ab orientalium moribus abhorruit, vbi imperatores hymnis praecen-dis se addixerunt; tum denique vsus pallii ab episcopis in sacris faciendis.

(u) Ad festa maiora duplia referebatur dies alter tertiusque natalium domini secus quam in *pascha* et *pentecoste*, ipsisque sacris diei *dominicae* praeferebatur. Quod ex eo in primis tempore factum est, quo alia solemnia hoc bido simul agi cooperunt. Licet enim alicubi et per occidentem satis diu d. XXVI dec. vel natalis MARIE, vel puerperium, vel festum secundinarum in *conc. trullana can. LXXVIII* merito abrogatum celebraretur: temporis tamen progressu euenit ut natalis STEPHANI protomartyris ex adultis d. VII Ian. postridie natalis CHRISTI antiquissimi olim celebratus; a latinis, qui puerperii cultum in octauam natalis reiecerunt, ad d. XXVI transferetur, a graecis, qui puerperii sacra postridie natalis retinuerunt, ad d. XXVII dec. quem apud latinos memoria Ioannis apostoli occupauit a graecis recentioribus d. XXVI Sept. celebrata. Vtrumque hoc festum, licet ieunio vigilarum semper caruerit ob sacra alia pridie facienda, octauam tamen accepit, quod ad ieunium calendarum ianuarii penitus euertendum haud parum contulisse videtur.

blica sententiarum legumque tam sanctiorum quam ciuilium promulgatio, seruiturumque ad recognoscendam fidem feudorum imperatarum praestatio (w).

Neque

(w) Prior hic commemorata consuetudo reperenda est ex antiquissimo more saeculi saltem IIII indicendi in sacris *epiphaniae* tempus *passchae* festorumque independentium; quod postea cum multis aliis ritibus in diem natalem d. XXV Dec. transiit, efficitque ut quidquid solemniter ab episcopis edicendum atque tandem ab ipso magistratu imperandum sancendumque videbatur natali hoc domini recitaretur seu pro appellatione sequioris temporis *banniretur*. Vnde tot regum et imperatorum constitutiones natali IESV prodierunt, quod ipsi aureae bullae imperii germanici accidit. Vix enim per annum integrum frequentior confluebat populus ad sacra publica quam eo die, quo per canones nemini licebat ab ecclesia sua absesse aut in rure viuere. Posterior consuetudo ex priori fluxit, in primis postquam anni auspicia in hunc natalem inciderunt, ut solemnies seruitures quotannis eo die praestarentur. Vnde etiam post depravationem publicam huius temporis sacri per festinitates iudiceras tot ridicula et indecora seruiturum genera subinde imperata fuerunt. Plura hic consulto praeterimus breuitatem sectati, cum de luminum frequentia ex *epiphanie*, quae luminum festum etiam vocabatur hue traducte, cum de innumerarum rerum initiationibus consecrationibusque, vnde ritus *romanus* grandiensem hoc festo perennauit.

Neque his tribus quatuorue diebus, qui festum constituebant, terminabantur religiones, sed longius protrahebantur ad festum *epiphaniae* usque, ut duodecim dies integri a natali ipso feriis annumerarentur atque iustitio, laetitiis et bene multis caerimoniarum sacrorumque generibus dedicarentur, cum insigni ramen varietate pro temporum locorumque diuersitate (x). Ex quibus duo potissimum dies solemnium sacrorum dignitate memorabiles sunt, unus calendarum *Ianuarii* alter *epiphaniae*.

In priore obeundo recentioraetas misericorde discessit a prisca veterum religione, Antiquissimi enim *christiani* adeo abhorruerunt ab his calendis publica morum dissolutione dudum corruptissimis vehementerque conspurcatis, ut illarum celebratione suis grauissime interdicerent, atque ad populum ab earum communione arcendum ieunium publicum trium dierum instituerent, sanctosque conuentus agerent pridie, ipsis calendis et postridie non festos sed lugubres ad litanias canendas tristesque veniae peccatorum publicorum deprecationes communiter

(x) *Dodecameron* hoc antiquitus sacrum fuit, a saec. saltem III variis modis gradibusque feriis annumerari coepit, festum autem sero admodum evasit cum lamentabili rei sacrae detrimento.

niter fundendas (y). Verum postquam profligatae consuetudini diu sed incassum obluctati fuerant, quod hac via non processerat aliam tentandam esse putarunt sensimque beneficiorum diuinorum solemni commemorationi has calendas consecrarunt festisque christianis adscriperunt, ex eo in primis tempore quo a *christianis israelitarum* cultum imitatis *octaua singulorum festorum* solemnem

(y) *Homilia MAXIMI taurinensis* aliorumque sermones, qui pro euincenda antiquiore origine festi circumcisionis excitantur, ad ieunia publica et communia illius temporis pertinent. *Vetustissima calendaria sacra libri*que liturgici calendas ianuarii vel profus practereunt vel stationes imperant in publico luctu et ieunio visitatas, nonnullae etiam missae officium exhibent his verbis inscriptum *ad prohibendum ab idolis*, reliqui recentioribus accessionibus autem fuerunt. Multi autem scriptores vere tes diserte hunc morem ieunandi triduum integrum additis rationibus commemorant. Post TERTVLLIANI AMBROSI et GR^EGOR. nazianzeni intectius in publicam corruptionem AVG^TINVS serm. CXXVIII in app. ed. bened. serm. CLXXXVIII, PETR. CHRYSOLOGVS serm. CLV, BONIFACIVS moguntinus in epist ad ZACHARIAM ipsiusque responsio id testatum faciunt: ipse ordo romanus perhibet quia imperiti homines secundum dementiam gentilium bunc diem calendarum ianuar. multis diabolis spuretiis sacraverunt, statuit universalis ecclesia ieunium publicum in isto die fieri; cum quo consentiunt ALCVINVS de div. offic. conc. turon. II can. XVII et XXIII, tolet. IIII can. II.

PROGRAMMA

lemniorum religiose peragi cooperat (z). Vnde tam verutissima festi recentioris denominatio *oētauae natalis*, quam reliquae circumcisionis et praeputii CHRISTI, primitiarum sanguinis expiatorii, sanctissimique nominis IESV, neque minus *puerperii* enatae fuerunt (aa).

Alte-

(z) Postquam praepostera et funesta aemulatione cultus *israelitici* *Leuit.* XXIII *com.* XXXVI, *Io.* VII *com.* XXXV solemniora festa *oētauae* acceperunt, non solum calendae *ianuarii* in censum festorum venerunt; sed triduo proximo idem accidit ob *oētauae* festorum *STEPHANT.* IOANNIS et *ff.* *innocentum*. Quod priscam abstinentiam horum dierum ita pessum dedit ut ne iciunare quidem liceret cuiquam.

(aa) In *bispania* initium factum est celebrandæ calendas *ianuarias* saec. VII, quod ex *leg. vigor.* lib. II. cap. XI lib. XII c. VI apparer, et ad vicinos populos facile transiit, non tamen ante saec. XIII vniuersum occidentem occupauit. Neque una fuit et nominis et solemnum festi recens nati ratio. Ex *DVRANDO* saec. XIII exuentis scriptore *rationar.* lib. VI c. V n. XIII intelligitur eo tempore memoriam circumcisionis CHRISTI et nomen cal. *ianuar.* inde ortum apud bene multos intempestiue difficiles in suspicionem venisse *iudaismi*, quem scrupulum ipse ita demum eximere animis satagit ut neget recte vocari festum circumcisionis, quum oētauae natalis duntaxat celebretur eo die. Quod aliis tamen non persuasit; *oxoniensis* enim synodus et *lugdunensis* eiusdem saeculi XIII cum appellationem tum sacra con-

fir-

Alterum festum solemnius, quod agmen
dierum CHRISTO nato consecratorum clau-
dere videtur (bb), *epiphania* est. Cuius sa-
cra

firmauerant, neutrum etiam displicuerat IVO-
NI Carnotensi et BERNHARDO. Reliqueae com-
memorationes solennes nunquam omnibus in
vniuersum coetibus, ne per occidentem qui-
dem, se approbarunt. Natalis MARIAE postri-
die natalis IESV primum celebratus iam facit.
VIII alicubi comparet huc translatus, quod in
calendario FRONTONIS deprehenditur. *Puerpe-*
rii festum eo die obeundum omnem fere occi-
- dentem peruasit, quum in oriente d. XXV dec.
remanferit. Praeputii, primiariarumque san-
guinis piacularis sacra in quibusdam duntaxat
galliarum ecclesiis obtinuit, vbi praefules
nonnulli de consecrandis his calendis solliciti
atque *iudaismi* suspicionem veriti his memo-
riis diem dedicare maluerunt. Nominis IESV
commemoratio solemnis vel octaua *epiphaniae*
vel postridie vel octaua calendarum Ianuaria-
rum transigebatur, recentior tamen fuit reli-
quis sacris solemnem pontificum *romanorum*
approbationem saeculo demum XVI conse-
quuta; licet dudum antea iam per *germaniam*,
britanniam et *galliam* inualuerit, atque alicu-
bi in ipsas calendas seu octauam natalis
transierit.

(bb) Si limes coarctamus, quos si latius exten-
dere vellemus in *februario* collocare possemus,
cuius diem II purificatio MARIAE a saeculo VI
occupauit: vt vel integer vel dimidius saltus
Ianuarius nativitati IESV consecratus fuerit.
Ipsa enim *epiphania* subinde tres dies celebra-

cra multiplicia fuerunt antiquitus in vnum congesta, quorum nonnulla postea ad alios dies transierunt. Quadruplex in primis manifestatio CHRISTI per natuitatem, adorationem magorum, baptismum solemneque testimonium diuinitus datur, et miraculum denique primum CANAE editum festo nomen singularemque et eximiam venerationem conciliauit (cc), per orientem maxime, vbi nonsolum memoria ipsius natilis eo die obeunda diuturnior fuit, verum etiam solemnis baptismus in ipso primum festo eiusque vigilia nocturna, postea pridie catechumenis datus consecrationem aquarum peperit a saeculo quinto, a *graectis* adhucdum usitatam multisque religionibus conspicuam, fabulis etiam miraculorum prodigiis.

ta est, ut reliqua festa dominica maiora acquaret; cuius postremus octauam calendarum simul faciebat, nec sine octauia claudebatur in occidente d. XIII Jan. in oriente d. XIII.

(cc) Existimauerunt doctores antiqui nonnulli haec omnia in eundem anni diem incidere ipsumque miraculum pastae a CHRISTO multitudinis quinque millium paucis panibus eo referendum esse, in qua opinione insigniter litteris sacris aberrarunt. Non tamen hic error eam sacrorum copulationem peperisse sed ex eadem enatus fuisse videtur, alia enim omnia cogitarunt qui memorias solemnes beneficiorum diuinorum per festa distribuerunt; quam ut temporum ordinem definirent quod singula olim acciderant.

digiorumque de anniuersaria fontium et aquarum in vinum mutatione non destituta (dd). Cumulata haec sacra nominibus et *epiphaniae* et *theophaniae* et *luminum* insignita postea in plures dies distributa mirificam rituum diuersitatem occidentis et orientis produxerunt. *Gracci*, postquam *latinos* imitati natalem IESV in d. XXV Dec. transtulerunt, magorum adorationem eo simul referendam esse existimarunt, quam in ipso natali celebrant. *Latini* vero huic manfestarioni potissimum illud festum consecravit, vnde denominatio festi trium regum ortum traxit cum frequente commentorum comitatu; baptismi autem memoriam reiecerunt in octauam *epiphaniae* scilicet diem XIII *Ianuarii*, vbi tandem praerogatiuas festi ma-

F ioris

(dd) PETRVS *antiochenus*, qui *fullo* dicitur, consecrationis aquarium auctor esse perhibetur et a THEODORO lectori et CEDRENO, quod de peculiari ritu a benedictione aquarium ante baptismum separato intelligi debet, eiusque pridie faciendi consuetudine. Si ab ecclesia *africana* discessimus, reliqui coetus per occidentem baptismum solemnem hoc festo non administrarunt; licet nonnullae ecclesiae satis diu memoriam baptismi CHRISTI eo die obierint. Post dissensiones multiplicatas latinis hunc orientalium ritum gratuititer tulerunt ac cerbeque traduxerunt ut iteratum baptismum. EPIPHANIVS, pro ea qua eminet credulitate, haec prodigia commemorat *haeres*. LXI et LII.

ioris obtinuit, quod sacris sanctorum nusquam cederet et indispensabilis obligationis esset. Praeterea *graeci* ieiunii in vigilia *epiphaniae* tenaciores fuerunt *latinis*, qui suis illud interdixerunt: atque licet illi baptismi CHRISTI sacra in octauam non distulerint, nihil secius eam consecrarunt pro more orientalium d. XIII *Januarii*, quorsum THEODOSIVS II iustitium feriasque ciuiles extendi ius sit (ee).

Festivitatibus commemorandis superfederemus lubentius, si ignominia et macula nomini *christiano* sacratissimaeque immortalis beneficii memoriae inusta silentio et morosa taciturnitate elui posset, neque posteritatis interesset et errores maiorum errorumque origines et illorum merita non ignorari, qui sacra a fôrdibus, quas contraxerant, repurgatum iuerunt.

In repetendis originibus corruptionis horum sacrorum a fictiarum diuinitatum cul-

(ee) Natalis Iesu *theophanias* denominationem sibi vindicavit, *epiphaniae* autem appellatio huic festo relîcta est. Plura de his festis sufficiunt praeter iam commemoratos scriptores BAILLET (c) et MARTENE (l) cum RVD. HOSPINIUS, JOACH. HILDEBRAND ET LVD. THOMASSINVS in commentariis de festis christianorum, tum CASP. CALVOER rit. eccl. tom. II BARTH. GAVANTVS *thesaur. sacror. rituum* tom. I et FRANC. MAR. FLORENTINIVS *vetus* eccl. occid. martyrol. pag. CLXXVIII &c.

cultoribus dubio carere arbitramur et hie-
mem prae reliquis anni temporibus sacris
faciendis destinasse plerosque populos reli-
gionum excogitandarum studiosos, eius-
que in primis initium seu primum mensem
consecrasse festisque cumulasse (f); et *roma-*
nos posteriorem decembris partem cum in-
eunte *Ianuario* inter continuos ludos ferias
festorumque solemnia transegisse (g); et
solis cultum ut vetustissimum ita etiam o-
mnium latissime sparsum disseminatumque
tam orientales gentes cum *aegyptiis* quam
septentrionales cum *gallis* occupasse, atque
a *CHRISTO* nato inter *romanos* quoque insignia
incrementa cepisse (h); et diuinitati huic

F 2

lon-

(ff) Hiems populo vacabat ab agricultura aequa
ac bello, religionibus igitur apprime conue-
nire videbatur, Vnde prisorum germanorum
consuetudo ortum traxit numerandi annos per
hiemes, dierumque loco noctes computandā
quibus sacra solemnia faciebant.

(gg) Pertinent huc *saturnalia*, *sigillaria*, *opalia*,
angeronalia, *feriae larium*, *ludi iuueniales*, *bru-*
malia, *calendae primae*, *vota publica*, *sacra*
lani, *lunonis*, *Minervas*, quae effecerunt ut
mensem integrum et supra a feriis non cessa-
retur.

(hh) Digna est quae conferatur *IVLIANI augusti o-*
rat. *III in regem solem cum MACROBII saturnal-*
ib. I. Quam addisti fuerint veteres *Galli* fo-
lis cultui, in primis ex quo orientalium et *a-*
gyptiorum ritus eo transierunt, copiosissime dis-

putac

longissimam noctem cum diebus proximis
bene multis sacram natalemque ipsius celebratum fuisse effusissimis laetitiis, comissionibus, laruarum discursitationibus, ludricis facetiarum iocorumque ineptiis, auguriorum capiendorum superstitionibus, ac mutuis donationibus strenarumque oblationibus, vororum etiam solemnium nuncupationibus (ii). In-

putat AC. MARTIN *Religion des Gaulois* tom. I lib.
II chap. XXXII-XXXV neque minus chap. XXI
&c. XXVIII etc. vbi de diuersis eiusdem diuinatis formis et sacris agitur: idem de aliis
occidentis populis demonstrat PHIL. A. TURRE
dist. de *Mithra in monumentis vet.* Antii p.
CLVII etc. et de *Beleno* ibid. p. CCCLV etc.
vbi tamen hac posteriore diuinitate solem repreſentari negat, quod ille euincit, licet *Apollinem* referat, in eo etiam falsus est quod
existimat sacra solis et natalem ipsius d. XXV
Dec. celebratum a deorum cultoribus *christianos*
imitatis ipsorumque sacra natalis *Christi*
aemulatis excogitata et arrepta fuisse. Satis
enim constat IVL. CAESAREM haec sacra ex *gallia romana* translusisse et mirifice auxisse, quae
postea saec. III sub *HELIOGABALO* huius diuinatis
ad insaniam studiosi, et *AVRELIANO* templi so-
lis conditore, ulterius prouecta sunt.

(ii) Ut *romanorum* consuetudines hos dies obser-
uatas, quod notiores sunt, praetereamus, de
germanis verutissimis et reliquis occidentis ac
septentrionum incolis constat, festum *luel,*
iolense seu *solemnia* sacra noctis longissimae,
quam *Medrenat* seu noctem matrem vocarunt,
fuisse religiosissima, vbique, licet pro vario
anni

Intelligi exinde poterunt et vetustiorum doctorum grauisimae adhortationes (kk), et seuera conciliorum decreta (ll), quibus irruenti corruptioni obluctandum fuit, perspici etiam tristes origines fontesque

F 3 super-

anni computo in diuersos *decembres* vel *ianuarii* dies incidentur, numerosa festorum serie duas saltem hebdomades celebrata deoque o-
THINO maximo dicata, quem FREIVM et Alfodr,
seu patrem omnium, et ab ipso hoc festo *Iuel-adr* vocarunt: in quibus, epulis, tripudiis,
et compotationibus operam dare, genio in-
dulgere, varijs laruis animalia umbrasque re-
ferre, et diuinationes futurorumque praesa-
gia aucupari solebant. Efecit horum solem-
nium, quae temporum decursu computi virtio
in exeuntem *Ianuarium* transierant ut *Februa-
rio* finirentur, qui a cornibus et compotatio-
nibus sacris *Hornung* vocabatur, intempesti-
ua translatio in d. XXV Dec. quum illi populi
doctrina christi iniacerentur facta, ut abolitis
tantum victimis reliqua omnia perennarent
ipseque natalis christi satis diu *iolense* festum
vocaretur, atque a d. XXV Dec. ad diem CA-
NVTI seu XIII ian. perageretur. De quo plura
peti possunt ex IO. GE. KEYSLERI diss. *de cultu
solis, frexi et orbini* §. VII etc. ad nouam edit.
EL. SCHEDII *de diis germanis* atque eiusdem *an-
tiquit septentr.* p. CLVIII etc. CCCLXVII etc.
OTT. SPERLINGII diss. *de nomine et festo Iuel,*
OL. WORMII *fafis danic.* lib. I. c. VII et TROG.
ARNKIELS *cimbrische heiden religion* c. XXVIII
§. V p. CLV etc.

(kk) TERTULLIANVS de his calendis scribit lib. *de
idololatr.* c. XIII, nobis, quibus sabbata extra-
nea sunt et neomenia et feriae aliquando a Deo
dile-

superstitionum et profanarum religionum,
quae hoc festum inundarunt et quas fero fa-
tis eluctari sumus plerasque.

Redeunt haec mala ad duo potissimum
genera. Vnum absoluuntur et laruarum ludi-
briis, quibus res sacratissimae exagitatae fu-
erunt (mm); et sacris simulatis atque ludicris,
quae tandem flagitiosum et detestabile
festum pepererunt, quod variis denomina-
tionibus et puerorum et subdiaconorum et
afini et omnium verissime stultorum fatuo-
rum-

*diiectae, saturnalia et ianuariae et brumae et
matronales frequentantur, munera commeant,
strenae consonant, lusus, coniuia constrepunt*
cf. c. X, quibuscum conueniunt quae praeter
antiquiores supra excitatos (e) perhibet MAXI-
MVS taurinensis in homil. V de calendis ianuariis,
quae in 10. MABILLONI mus. italic. tom. I part.
II p. XVII etc. occurrit, neque minus hom. VII
VIII et VIII.

(II) *Can. LXII conc. trullani haec praecipiuntur*
*τὰς οὐτώ λεγόμενάς Κακανδας, καὶ τὰ λεγόμε-
να Βετα, καὶ τὰ λεγόμενα βρουμάλια - - -*
καθάπαξ ἐκ τῆς πισῶν πολιτικας περιαιρεσθῆναι
βουλέσθαι, cum quo conferendus est can. LXV
*et LXXVIII et conc. antisiod. cap. I. non li-
cet kalendis januar. vescula aut cervolo facere,*
strenas diabolicas obseruare etc.

(mm) Tractarunt hoc argumentam 10. GAB.
DRECHSLERVS de chrisitianorum laruis natalitiis,
CAR. FRID. BEZOOLD de sancti, ut vocant, Christi
laruis et manusculis et CHRIST. SPECHTI de mu-
neribus, quae propter diem natalem seruatoris
dari solent.

rumque vocatum, atque vel cal. *ian.* vel in *epiphania* vel vtriusque *octauis* celebratum est multisque tandem synodorum constitutio- nibus et legibus magistratus difficulter ab- olitum (nn). Ad alterum ordinem super-

F 4 stitio-

(nn) CEDRENVS perhibet saec. X THEOPHILACTVM patriarcham constantinopolitanum ob turpisissimam vitam satis notum et infamem, huiusmodi festum introduxisse, quod adhucum continuari queritur BALSAMON in *comm. ad conc. trull.* (1). Per occidentem tamen et latius grassabatur et maiora flagitia protulit postquam negligentia praefulm irrepere cooperat, adeo ut ipsa monasteria hac *libertate decembrisca* inficerentur, atque in libris liturgicis abominabiles formulae hymnique eius festi comparerent, clericisque dies diceretur si his saecris se subducerent, in quibus non solum laute opipare luxuriose et inhoneste conuiuebantur, verum etiam, quod horrendum dictu est, sacra solemnia ludebant, indecore lepideque peragebant, asinum cum pompa et inter hymnorum concentus circumducebant atque subinde et sacerdoti in officio missae et populo hinnendum rudendumque erat. Nemo facile sine stomacho et horrore leger, quae de turpissimo facinore enarrant DV FRESNE (d) sub voce *festum asinorum* tom. III p. CCCCXXIII ad XXVII et kalendae ib. cl DCLXII ad LXVII et abbas coruardorum tom. I p. XXIII. et longe copiosius DUTILLOT *memoires pour servir a l' histoire de la fete des fous.* Sessionis conc. basl. XXI decreto et litteris ordinis theol. pa- risiensis an. cl CCCCXXXIII tandem effectum est ut tam episcopi quam principes malo me- dicinam pararent.

stitiosissimae diuinationes, beneficia, artesque magicae pertinent, quibus hoc in primis tempore operabantur qui eo vsque vel insulæ amentiae vel irreligionis delabebantur ut circumueniri cuperent. Nusquam tamen haec publice tolerata fuerunt (o).

In posteriore, quam recepimus, enarratione breuioribus nobis esse licebit, non quod argumentum minus abundat, sed quod ad calculos sedere temporum rationes subducere et epocharum aerarumque epochas exputare neque iam vacat, neque apud letores plerosque griam habet. Quare strictim commemorabimus qui factum sit beneficio dei maiorumque prouidentia, ut per vniuersum occidentem publica nunc et perpetua memoria natalium CHRISTI vigeat, quod nisi olim ita constitutum esset nostris certe temporibus non obtineretur, quibus plerosque CHRISTI suppuder, neque desunt, qui non dissimulanter ipsius memoriam despiciunt nomenque indignantur.

Duplex autem est veterum institutum, quod posteritati perpetuam memoriam natalis CHRISTI prospexit. Vnum aerae alterum fastorum constitutione absolvitur.

Non vna sed varia et multiplex a civitate CHRISTI condita annos numerandi ratio fuit

(oo) Pleraque commemorat et plures scriptores excitat WILDOGELIVS (m) p. CCClll etc.

fuit, quod lectoribus veterum scriptorum innumerarū cruceſ figit. Possunt illae ad duo genera reuocari ciuilium ſacraru[m]que.

Vetuſtissimi CHRISTIANI aeras ciuiles et *graecas* et *romanās* ſequabantur pro locorum, vbi agebant, diuersitate (pp). Neque poterant aliter animū inducere, quū aerarum conſtitutio ſupremi magistratus auctoritatē requirat. *Graeca* ſeu *Selucidarum* aera in multis orientis partibus deleto *grae- corum* imperio ſuperſtes fuit, neque in iſis *romanis* prouinciis repente obſoleuit, omnium diuertiſſime a CHRISTIANIS orientalibus extra imperium *romanum* per varias regnorum conuerſiones conſeruata. *Romanā* aera quadruplex potiſſimum fuit. Antiquiſſima

F 5 con-

(pp) Totus in eo eſt FLORENTINIVS ut non ſine apparaſtu verique ſpecie lectoribus perſuadeat antiquiſſimum aerae *christianae* a CHRISTO na- to inter *christianos* uſum in exercitatione de- vetuſtiori ac multipliſ eccleſiarum epacba deque anni *christiani* ac ſacri nūmes andi ratione (ee) quae I. c. p. CLXXX occurrit, vbi praeclares multa proponuntur, cauſa tamen agenda non obtinetur; pleraque enim testimonia adducta vel ſubleſtae fidei ſunt aperteque commentitia corrupra faltem recentiusque deprauata, quod actis conciliorum et martyrum frequentiſſime accidit ut annis ſignarentur in transcriben- do; vel id duntaxat efficiunt a scriptoribus christianis non nunquam ſummam annorum, qui a CHRISTO natu effluixerunt, ducentam fuiffe, quod ſine aerae conſtitutione in rebus memo- rabilibus fieri ſolet.

consulūm vrbisque conditae in plerisque prouinciis *romaniis* sub imperatorum regno continuata atque cum nouis aeris *AVGVSTI* et *DIOCLETIANI* coniuncta. Altera *bisanica* est *christiana* XXXVIII annis antiquior, quae numerandi initium fecit ab anno *Iuliano VIII*, atque verisimillime a confirmatione actorum a triumviris per senatum orta est, et inter CHRISTIANOS diutissime continuata. Tertia *actiaca* est a diuersis auspiciis ducta, pro varia in prouinciis et ciuitatibus receptione solemni. Quarta *DIOCLETIANI* a CHRISTIANIS, qui ea per *Africam* adhuc utuntur, *martyrum* vocata (qq).

Aerae sacrae annos numerant vel a condito orbe, quod *graeci* faciunt (rr), vel a CHRI-

(qq) Desudarunt in hac et aerarum et annorum diuersorum explicatione tam plerique chronologi, in primis Ios. SCALIGER de *emendatione temporum*, DION. PETAVIVS et in *rationarii temporum* parte II et maioris operis *de doctrina temporum* lib. I - IIII et VIII - XII, FRID. SPANHEMVS in *chronol. sacra*, CAMILLI de SYLVESTRIS *chronol.* part. I et II, et AVG. FLOREICHEN *chronol. viiueris* cap. III, quam AEGID. BUCHERIVS *de doctrina temporum*, IO. MABILLON *de re diplomatis*, lib. II c. XXIII et DV FRESNE (d) sub voce *annus edit. ben.* tom. I p. CCCCLVIII ad DXII.

(rr) Quum appareret saec. VII inuisam esse molestamque *christianis* *DIOCLETIANI* memoriam mutarique inciperet in occidente; IVSTINIANVS ipsius aeram aboleuit; sed cum praeter consulūm nomina imperatorum annos ipsi sufficeret,

CHRISTO. Quae *christiana* aera duplex olim fuit, vt anni numerarentur vel a passione seu trabeatione, demis annis XXXIII ab *visitatore* numero; vel a natuitate, qui anni gratiae atque a **CHRISTO** nato dicuntur: et haec aera ex calculo DIONYSII ducta a saeculo VIII per PIPINVM inprimis et CAROLVM magnum successoresque in occidente inualuit (ss), tandemque sola obtinuit *dionysiana* et *communis* non tamen accurate dicta (tt); licet non solum veterum iudicio verum etiam vnanimi fere chronologorum recentiorum

com-

ret, quod ad perpetuam stablemque aeram non conueniebat, euenit vt sensim scriptores de aera et nota omnibus et indubia solliciti annos a mundo condito numerarent ad LXX interpretum calculos. Quod post euercionem imperii *romani* in oriente necessitatis fuit, quem *graeci* annos *hegirae* assumere religioni ducerent, neque sacra illis accommodare possent, quod lunares sunt.

(ss) Saeculo sexto paene medio DIONYSIVS *exiguus* seu *romanus* in canone paschali CYRILLI continuando occupatus aeram immutatum iuit. Quod tamen sensim tantum publice inualuit, quem pontifices *romani* et reges imperiorum ex ruinis *romanis* enatorum annis *romanis* ipsaque imperatorum aera antea usi hanc subiectio[n]is umbram indignarentur. Quo consilio praefulces *romani* simul cautum iuerunt ne aera noui imperii in occidente conditi et instaurari *Romae* introduceretur.

(tt) Vno anno *communis* seu *vulgaris* aera inferior est *dionysiana*.

consensu a vero nati CHRISTI anno aberret
(uu).

In fastis ordinandis annorumque au-
spiciis constituendis et maior et longe diu-
turnior fuit dissensio, quæ lectionem scri-
ptorum veterum pluribus difficultatibus im-
peditiorem reddit, quam prius aerarum
discrimen. Antiquissimi *christiani* anno ci-
uili vtebantur vel *aegyptiaco* a d. XXVIII Aug.
per *Africam* superstite (ww); vel *romano*,
qui a cal. ianuariis atque postindictiones
introduntas a mense *septembre* computaba-
tur.

(uu) Satis diu post *aeram dionysii* introductam
obtinuit ratio numerandi *annos secundum eu-*
angelium. Quod plerisque desicere videbatur
calculus dionysii, qui tamen omnem modum
excesserunt, atque de errore *dionysiau* emen-
dando solliciti grauiorem errarunt, dum $\text{J} \text{XII}$
annos ipsius aerae adiici iusserunt. Post cul-
tum emendatumque temporum studium *dio-*
nysianus calculus omnibus merito efferendus
videbatur reiiciendusque in curatioribus tem-
porum rationibus incundis: habuit tamen re-
centissime patronum a praesidijs necessariis
non plane derelictum ad colorem saltem caus-
sae *conclamatae* inducendum *CHRIST. HORRE-*
BOVIVM, cuius vindiciae *aeræ dionysianæ* in
PETRI HORREBOVII operum mathemat. tom. II p.
CCXXXVIII etc. comparent.

(ww) *Antiochenum* annum aliosque scientes
praeterimus, quod desierunt citius: de qui-
bus tamen eruditissimus *HENR. NORISII* liber
de epochis *syromacedonum* conferri mere-
tur.

tur. Quum autem per occidentem imperii romani euerstione annus ciuilis romanorum obfolesceret, christiano locum fecit in eundo vel a pascha, vel ab incarnatione seu d. XXV Martii, vel a natali domini seu d. XXV Dec. Quae postrema consuetudo auspicandi annum reliquis tandem praeualuit, sed cum sensim per librorum liturgicorum primum dispositionem, cui festum immobile rectius conuenire videbatur quam mobile, deinde magistratus iussu, tum non ante quam ipsa numerorum primordia ab octaua natalis caperentur, ut anni mensisque primi initia eadem essent annusque iulianus, quo carere non poterant ad ipsum computum sacram, integer conseruaretur (xx).

Sed filum hic abruperendum vosque, crves aestimatissimi, tribus verbis compellandi estis. Vobis enim haec omnia destinantur vestrisque commodis, ut intelligatis quod quantisque vicissitudinum discriminibus

(xx) Saeculo demum XVI anni nativitatis CHRISTI IN GALLIA ET BELGIO obtinuerunt, expulsis annis incarnationis et passionis: qui tamen in BRITANNIA perennant et saec. XVII in aliquot foris germanicis nondum obsoluerant. Disscrimen recentius anni ecclesiastici prima dominica aduentus ineundi a civili cal. ian. auspicandi ad cursum lectionum formularum et officiorum liturgicorum tantum pertinet, utrumque autem initium ad natalem CHRISTI refertur totumque ab eo pendet.

bus obnoxia semper fuerint sacra "CHRISTI,
quam facilis et procluis sit hominum natura
ad rerum sacratissimarum abusum iacturam-
que rei faciendam vmbrae captandae fugi-
endaque studio, quam anceps iter pateat
inter irreligiosam profanamque sacrorum
despicientiam et superstitionem pietatis in
deum simulationem, quantique nostra inter-
fit reuocari cultum *dei* ad priscam et simpli-
citatem et reuerentiam. Agite igitur ma-
gni, vt par est, facite, deo acceptum refer-
te recteque collocate multiplex beneficium
et nati in rem vestram seruatoris, a quo o-
mnis hominis salus pender, et memoriae
ipsius inter nos consecratae vindicataeque
ab hominum proteruia, et opportunitatis
vtendi fruendique CHRISTO; neque com-
mittite vt, quo aliis oculatores estis, esse fal-
tem debebatis vobisque et aliis videmini, eo
inexcusatus erretis atque tempora sacra
aliud, nihil, et male agendo perdatis. San-
ctis supplicationibus veneramini CHRISTVM,
in amplexus eius ruite eamque animis vestris
memoriam ipsius inprime, quae nunquam
oblitteretur, quotidie opportune instaure-
tur, singulisque annorum conuersionibus
incrementa capiat, digneque a vobis cele-
bretur, aliis commendetur, posteritatique
transmittatur, vt ipsius beneficio et consue-
tudine aeternitari vindicemini. p. p. Halae
in acad. Frideric. pridie natalis CHRISTI
CIO IO CC XXXXIII.

PRAE-

PRAEFATIO

DE

EXERCITATIONIBVS, QVI-
BVS FACVLTAS INTERPRE-
TANDI LIBROS DIVINITVS
SCRIPTOS COMPA-
RATVR,

AD

PETRI V. HAVEN
COMMENTATIONEM
ANALYTICAM

IN

EPIST. PAVLI

AD

TITVM.

OTATRIS

NOVEMBER MONTI

DECEM

LETAH VETIT

TRICENTI ANNO

YANNA

REVIVENS

MOVIT



LECTORI BENEVOLO

SAL. PLUR. DIC.
SIGISM. IAC. BAUMGARTEN.

Praefationem rogatus a clarissimo com-
mentationis hujus auctore non am-
bitiose laudabo librum, quod plerique fa-
ciunt qui aliorum labores praelocutionibus
comitantur. Valde enim vereor ne iniu-
rius forem et in scriptum et in lectores et
in memetipsum, si vel illud aliena laude
indigere, honoremque ipsi praefandum
esse existimarem, vel hos commendatio-
nis meae praeindicio captari posse crede-
rem, vel adeo suffenus videri velleim, ut
ingeniorum litterarumque arbitri aut iudicis
partes mihi arrogarem. Ne tamen
officio desiderioque honestissimo desim,
nihilque scribam quod quemquam legisse
non poeniteat, aut ad rem non pertineat,
haec duo agam. Primum commemorabo
exercitationes potiores, quibus facultas in-
terpretandi libros diuinitus scriptos com-

G

para-

98 PRAEF. AD COMMENTAT. ANALYT.

paratur: *deinde* historiam et occasionem
commentationis huius consiliumque au-
toris enarrabo. Ita enim mihi videor
omnium rectissime et litterarum sacrarum
culturibus, quibus potissimum mea desti-
no, consulere, et lectores in uniuersum
omnes, penes quos iudicium libri erit, ne-
cessaria rerum notitia instruere.

In *priori*, quod recepi, negotio indu-
biam esse arbitror non solum necessitatem
huius facultatis erudiendi demonstrandi que
veri sensus oraculorum diuinorum in in-
terprete librorum sacrorum, atque adeo in
theologo; verum etiam distinctionem ad-
miniculorum et exercitiorum interpreti
profuturorum, horumque non minorem
quam illorum necessitatem. Sicut enim
turpiter falluntur, qui a doctrinarum di-
uinitus reuelatarum scientia hanc faculta-
tem interpretandi oracula diuina diuellunt,
eaque theologos in tanta bonarum inter-
pretationum copia sine detimento carere
posse existimant, quod perinde est ac phi-
losophos fingere ratiocinandi imperitos,
aut mathematicos somniare calculorum
radiique ignaros: ita nec illi excusatius a
vero rectoque aberrant, qui vel sine litte-
ris artibusque necessariis interpretationem
adgrediuntur, vel has solas sufficere ad
interpretes formandos arbitrantur. Quod
postremum vtrumque male omnino cedit
litte-

litterarum sacrarum cultoribus efficitque ut
sine suo excidant. Contemtores tamen
subsidiorum ad interpretationem requisi-
torum iam non curabo, quod et nemini
obscurum esse potest, quam inepte agant,
qui sine machinis et instrumentis, immo
vero sine ligno lapidibus et calce aedifi-
cium moliuntur, et ab argumento propo-
sito longius distat. Sed hos duntaxat mo-
nitos volo de re sua rectius agenda, qui
adminiculorum praesidiorumque interpre-
tationis comparandorum satis studiosi
ipsum illorum usum et exercitationem ne-
gligunt, atque id agunt ut, licet a litte-
ris interpreti necessariis et proficuis in-
structissimi, interpretes tamen nunquam
euadant.

Latius patet hoc malum, et plures ne-
que ignauos neque ad interpretandum in-
eptos homines occupat haec negligentia,
quam ut doctores de formandis interpre-
tibus sollicitos non male habeat. Indi-
gnior certe illorum conditio est, qui quo
proprius absunt ab hac interpretandi fa-
cultate, et quo expeditius iter habent ad
illam consequendam, postquam regulas
artis didicerunt, linguarum peritiam com-
pararunt, et scholis interpretum multam
operam dederunt, eo sane inexcusatius in-
terpretandi facilitate ipsi carent in mediis
adminiculis ipsisque aliorum interpretatio-

100 PRAEF. AD COMMENTAT. ANALYT.

nibus et commentariis. Facit illa confusio praeparationis ad interpretandum necessariae cum ipso interpretandi studio, vsu et exercitio, huiusque ab illa separatio, ut non solum multi improbam diligentiam operamque male sedulam perdant, atque vel praceptorum fidem et dexteritatem, vel ipsam artem in suspicionem adducant, verum etiam alii a praeparatione operiore deterreantur, atque solo vsu id consequi praesumant, quod arte et scientia regularum initiatis non procedit. Quod artibus et disciplinis ad facultatem recte feliciter et apte aliquid peragendi acquirendam comparatis commune est, ut nemini infundantur, neque regulis et praceptis sed labore per regulas tamen directo, assiduo studio, crebro vsu et frequenti exercitio obtineantur, in iisque praecpta minus valeant quam experientia; idem in arte interpretandi sacras litteras euenire cum per se appareret, tum perpetua felicis infelicitisque experientiae confessione compertum est et exploratum. Ut nemo omnia eloquentiae praecpta perfecte edocetus, rerumque dicendarum copia abunde instructus, orator aut eloquens dicendus erit, si nunquam verba fecit, stilum exercuit, causam peroravit; neque ratiocinandi peritus euadet, qui littercenties logicas regulas audiuerit in iisque

que consenserit, ipse nunquam ratiocinatur: ita etiam, quamuis adminicula philosophica, philosophica et historica magni faciam in interprete, omnibusque, qui in disciplinam meam concedunt, ita commendem, ut ipse illis carere nolle, neque leges interpretandi despiciam, quas sedulo doceo, neque cuiquam scholis et commentariis interpretum interdicam, in quibus enixe elaboro; libere tamen omnibus nego quemquam interpretem futurum, nisi ipse tirocinia posuerit, experientia et interpretandi pericula fecerit, atque meditando scribendoque se exercetur.

Verum quum probe intelligam hanc necessitatem exercitationum incassum disputari, moneri et inculcari, nisi via et ratio earundem simul monstretur, neque voluntatem omnibus deesse, qui vel viae ignari vel difficultatibus exercitationum perperam institutarum deterriti hoc labore supersedent; admodum praeterea inuari posse haec tirocinia consiliis monitisque; atque hanc ipsam exercitationum ineundarum explicationem haud exiguum artis partem esse, licet praeteritam a plurisque: curatius iam, succinete tamen, tam potiora exercitiorum genera singulorumque rationes proponam, quam, quid

G 3 in

in illis communiter factu opus esse censem, explicabo.

Ordinar a posteriori seu commemoratione monitorum, quae ad uniuersum hoc exercitationis in interpretando studium dirigendum prouehendumque conducere arbitror, et quorum quidquid est regulis sex comprehendi poterit.

Primum, ut tirones exercitationem mature, tempestive et opportune aggrediantur, atque adeo neque citius neque serius, quam necessaria et sufficiens praeparatio id patitur aut requirit. Ut nemini linguarum rudi, artis penitus ignaro, exemplisque imitandis destituto interpretandi exercitia suadeo: ita neque cunctatores probo, qui siue ignavia, siue dubitabunda timideitate manum operi ante non admonuent, quam omne praeparationis studium emensi ex uniuerso adminiculorum apparatus interpreti profuturo nihil reliqui fecisse sibi videntur. Neutrum enim pericolo caret. Qui sub ipso praeparationis et instructionis ingressu interpretationes parturiunt et sine pennis volant, vel difficultatibus erroribusque ita obruuntur, ut, nisi plane desipient, laborum perraesi animum abiificant difficulter resumendum, vel, quod longe deterius est, incredibilem perperam interpretandi facilitatem errandique consuetudinem contrahunt.

Diu-

Diuturnior autem procrastinatio tam præparationi, quae ipsa exercitiorum indiget, officit; quam tirociniorum tentamina quo tardiora eo sane difficiliora reddit. Illi igitur rationes suas rectissime subducunt, qui in medio præparationis stadiique comparandorum adminiculorum interpretationis decursu, quam primum aliquam linguarum notitiam consecuti fuerunt, artisque regulas audierunt, atque vnum alterum exemplum interpretis hunc laborem præeuntis attente perspexerunt, sine mora et confessim hanc exercitationem subeunt.

Deinde, vt ordine procedant, atque a facilioribus ad difficiliora progrediantur. Facilius aequa ac felicius negotium succedit, si animus moderate leuioribus exercitiis subactus ad grauiora per gradus acuatur, quam vbi vel desultorie res agitur, et obuia quaevis indiscretæ sine virium conscientia tantantur, vel præpostere ab exitu initium capitur. Multis, qui compendium itineris facturi aut plures labores cumulant, quibus ne singulis quidem pares sunt, aut morarum impatientes proxima vt nimis expedita visa transiliunt, non sine temporis opera eque dispendio ad primordia recurrentum omnisque labor iterandus est.

Præterea, ut lente festinent. Ipsa enim contentio virium sine acceleratione laboris locum non habet, neque celeritas et facilitas operandi obtinetur sine properatione operis. Parum certe aut nihil plane proficiet in interpretando, qui aliquam exercitationem ingressus pedem nunquam profert et loco ante non mouetur, quam nihil, quod curatius et penitus disquiri possit, reliqui fecisse, aut in ipso tirocinio opus consummati artificis omnibus numeris absolutum perfecisse sibi videatur. Ars longa est et vita breuis. Quare quum facultas interpretandi varias exercitationes requirat, quae singulae non semel iterumque susceptae sed frequenter admodum repetitae facultatem pariunt, properato opus est, ne aetas consumatur in tirociniis, ipsaque operositate nimia animus languescat et obtundatur. Nihil tamen secius ira festinandum est, vt labores praepropera celeritate non praecipitentur et perfunctorie tractentur aut affecti linquantur. Tumultuaria opera et properantia plus officit facultati bene reteque operandi comparanda, quam tarditas et cunctatio assiduitate compensara. Vnde vsu venit, vt tardiora ingenia velocioribus praestent, si constantia laborumque pertinacia difficultates superarunt,

atque

atque lenta sed continua incrementorum progressionem ad perfectionem proprius accedatur, quam profectum perniciitate cursusque rapidioris concitatione.

Poſtea, vt rem suam modeſte et verecunde agant rudimentorum et tirociniorum, quae ponunt, non immemores. Quod ad plura proderit, efficietque vt nec grauiora viribus temere audeant, nec animum despondeant, ſi quid ſemel iterumque minus cefſerit, nec quod vna via conſecuti non fuerunt alia pluribusque tentare, laboresque retractare grauentur. Ut faſtus et arrogantia tirones omnium minime decet; ita ſane quo quis pudentior est modeſtiusque et tenuius de ſe existimat; eo minus vel leviora virium experimenta dignabitur, quae ad facultatem comparandam plurimum valent; vel errorum immunitatē affectabit, quorum facilis et ſeuera animaduertio emendationem mirifice iuuat, quum bene nunquam ager qui nunquam male; vel vna alteraue exercitatio ne id afflatus ſibi videbitur, quo aliū creberrimis laboribus perpetuorumque exercitorum diuurnitate vix penetrant. Modeſtus pudor, erroris ſuspicio, et teruitatis conſientia animo certiffime cavebit non ſolum a conſidentia, verum etiam ab oppofita neque

G 5 minus

minus noxia diffidentia, quae plerumque ex praeconcepta virium facultatisque opinione non facile periclitanda enascitur, quid quod ab ipsa inertia et desidia.

Tandem, ut propriam diligentiam ab aliena ope non diuellant. Alterutrum plerisque accedit in his exercitationibus ut vel omnia vel nihil omnino soli suisque viribus agant. Qui priorem errorem errant atque sine imagine ob oculos posita, quam imitentur, sine monitore et correctore, immo vero sine adminiculis interpretationem tentant, et ubiuis sine cortice nare satagunt, insigne dispendium temporis progressumque faciunt atque, si vel vnuquam facultatem bene interpretandi consequuntur, per ambages innumerasque circuitiones et aberrationes eam attingunt. Hi vero, qui nihil suo marte propriaque virium contentione suscipiunt, omnemque operam non in interpretando sed aliorum interpretationibus corradendis et expilandis consumunt, licet, si memoria valent, subsidiis commentariisque abundant, ad multa legendum exscribendumque pollent, id tandem obtineant ut interpretationibus refertissimi et locupletissimi habeantur; interpretandi tamen facultate indigentissimi manebunt, neque interpres vnuquam existimabuntur. Quam obrem nemini auctor sum, ut artis praecepsa

cepsa vel prorsus fastidiat vel ipse exco-
giter atque effingat; vt, quae testimonio-
rum auctoritate nituntur, quorundam histo-
rica et philologica adminicula pleraque
pertinent, vel sola meditatione assuequi stu-
deat vel operose conquerat ipse, otio in-
primis librisque destitutus; vt exempla,
vel interpretum viua voce laborem pree-
euntium vel commentariorum, in imagi-
ne laboris ordinisque necessarii animo
praecipienda postponat, aut se ipsum se-
cure sequatur et imitetur; vt in censura
correctione et emendatione laborum re-
tractandorum se solum consulat et audiat;
vt denique tunc demum se interpretem
reputet, vbi nouam plane et inauditam in-
terpretationem excusculpscerit. Artis autem
notitia imbutos, exemplisque sufficienter
instructos, si me audiunt, omni commen-
tariorum vsu ipsam exercitationem pree-
gresso penitus arcea. Neque exercitatori
aliorum suaderem opem ante tironibus fe-
rendam, quam gnauiter desudauerint, ite-
ratusque vel tertius labor non successe-
rit.

Postremo denique, vt flagrantissimo co-
gnitionis doctrinarum diuinitus in litteras
relatarum ardore animentur. Quadru-
plex inde virilitas redundabit in ipsa haec
exercitia. Tum fortiores stimulos admo-
uebit huic studio, quam aliunde exspecta-

108 PRAEF. AD COMMENTAT. ANALYT.

ri poterunt. Labores solius exercitii causa suscepiti, in primis molesti et difficiles, languescunt et remittuntur, si stimulis carrent, quibus animus vrgeatur, intendatur et in cursu teneatur. Quo maioris senseris interesse ad communem priuatamque salutem negotiorum recte expediri; eo certius animo spiritu viribusque non deficies, quas ab ipsis difficultatibus capies. Tum curam et sollicitudinem sufficiet atque augabit, imperumque non solum perpetuabit, verum etiam temperabit ne tumultarius fiat et desultorius, moderabiturque necessaria cautione ut serio, exacte, circumspete et accurate res agatur. Tum procaci singendi licentiae obuiam ibit, in quam nimis multi specie vel praetextu exercitationis praecipites ruunt, qui adeo irreuerenter et irreligiose haec exercitia tractant, ut in oraculis diuinis singendis torquendisque plus sibi sumant, quam in quoquis libro humano alicuius momenti cuiquam licere ipsi putabunt. Tum denique clariorem reddet perceptionem rerum bene multarum in sacris litteris obviarum, quae experientia et sensatione bellissime intelliguntur, et certiorem efficiet conuictionem de doctrinis nonnullis, quibus eruendis constituendisque interpres occupatur.

Pro-

Progredivor nunc ad recensum ipsarum exercitationum a facultatis interpretandi cupidis subeundarum. Vbi sciens praeteribo exercitia, quae remotius huc referri possent; eamque ob caussam nec frequentem et assiduam librorum diuinorum lectionem hic commemorabo, licet non ignorem, quanti referat interpretationis formandi hospitem illum peregrinumque in his libris non esse, atque notitia et facili recordatione pollere tam locutionum, quam rerum in illis obviarum, ipsorumque locorum, quibus continentur; neque adducam attentam obseruationem interpretationum oraculorum diuinorum in primis difficultum, quae doctrinas sacras audienti legentique obiter occurrunt, quae ratiōne ipsa libris diuinis interpretandas operatuero mirifice proderit. Sed illorum tantum censem agam, quae proxime ad hoc studium faciunt, quibusque proprie absoluitur. Redeunt ea ad quinque capita, eo ordine collocanda, quo has exercitationes suscipere tironibus maxime expeditat.

Primam exercitationem efficit usus interpretationum alienarum. Qui duplex est, atque vel auscultatione viuorum interpretum vel lectione interpretationum litterarum consignatarum occupatur.

Ad

110 PRAEF. AD COMMENTAT. ANALYT.

Ad auditiones interpretum in rem suam conuertendas plurimum conducit, ut non solum in et sub ipsa auscultatione, verum etiam ante et post singulas illius iterationes nihil negligatur, quod fini proposito inferuire queat.

Est aliquid omnino, interpreti ita operam dare ut continua attentione cogitationibusque in re proposita defixis illum prosequaris, praeeuntem nusquam deseras, nihilque praeterlabi aut effugere patiaris, quod animo non comprehendatur et reponatur. Plura tamen et maiora sunt, quae in artis cupido, interpretationisque imitatore desiderantur. Ut arri addicetus eaque tintitus spectator aliis sane oculis in artificem operantem intuetur, et longe alia in ipso intelligenter animaduertit, quam artis incuriosus: ita etiam scholae interpretum aliam attentionem et animaduersionem cum intensiorem tum ad plura extensam depositunt, quam in audiendis interpretationibus pro concione sacra propositis requiritur. Mediocri admidum et plane exiguo fructu hae scholae ab illis frequentantur, qui solam sensus oraculorum explicatorum cognitionem inde reportant. Etiam si enim non unum alterumue sed in vniuersum omnes libros diuinitus scriptos a consummato interprete explicari audirent, nisi alia accesserint,
omnis

IN EPIST. PAVLI AD TITVM. III

omnis vtilitas inde capienda, ad felicem
et opportunam recordationem sententiae
interpretis sui rediret, quae quantum dif-
ferat ab interpretandi facultate nemo non
videret. Quam ob rem iudicio magis et in-
telligentia quam memoria et perceptione
in his auditionibus elaborandum est, at-
que interpres ita obseruandus, vt omnis
eius ratio interpretandi, ordo quo singu-
lae partes interpretis ab ipso obeantur,
argumenta, quibus vtatur, fontes vnde
sententiarum rationes deriuet sagacissima
curiositate perspiciantur, animusque ad
regulas artis reflectatur earumque vsum
et obseruantiam mediretur. Siue igitur
interpres oracula in partes et membra di-
stinguat, singulorumque cohaerentiam in-
uestiget; siue in significationem, propriet-
atem et vim vocum phrasiumque inqui-
rat; siue sensum inde redundantem rei
ipsi intentionique loquentis conuenientis-
simum definiat; siue res doctrinasque in
oraculis obuias finitionibus explicet, il-
lustret et ita circumscribat, vt cum aliis
oraculis non pugnat; siue in historiam,
antiquitates, et rerum naturalium disqui-
tionem excurrat; siue in locutionibus
impropriis et translatis ad proprietatem
reducendis elaboret; siue res remotiores
rebus immediate obuiis repraesentatas e-
ruat; siue in sententiarum diuortiis discu-
tiendis

112 PRAEF. AD COMMENTAT. ANALYT.

tiendis rationum momenta ponderet; siue
consectaria proficia ex sensu proposito
et demonstrato deducat, in quocumque
oraculorum diuinorum genere id fiat;
plurimi sane refert auditoris, ut apud se
reputet et intelligat, quid rei sit, quam
singulis his laboribus agat interpres, quo
fine, consilio et successu suscipiantur, qui-
bus subsidiis perficiantur, obtineaturne
hac via an deficiat recta interpretatio, et
vnde alterutrum eueniat. Eo quidem fel-
licius proficitur in omni hoc negotio, quo
artis intelligentior auditor obseruantior
que interpres fuerit, atque hic in primis
partes hominis expleuerit, qui aliis exem-
plum debet, eamque ob caussam cauerit
ne quae fide constant sine testimonii,
quae scientiae sunt sine rationibus profe-
rat, loco interpretationis versionem ver-
bosius diductam exhibeat, difficultates
praetereat aut impeditiores reddat, digres-
sionibusque indulget: nunquam tamen
haec cogitatio negligenda est, quomodo
cunque reliqua se habeant, ipsae tunc
interpretis hallucinationes auditorem eru-
dient.

Verum hoc labore industria auditoris
non terminatur. Post auscultationem in-
terpretationes sollicita ruminacione dige-
rendae sunt atque ad examen reuocandae.
Vbi tam diurniore applicatione regulas
artis

artis cum interpretationibus auditis contendere, et utrasque ad alterarum evidentiā examinare, confirmare, emendare et arctius circumscribere licebit: quam in argumenta sensus eruti penitus inquirere, singulorumque rationes ad statuēram exigere. Ante interpretationem vero animus scite praeparandus et ad sagaciorem animaduerſionem acuendus est. Quod stadium hoc ingressis sola lectione atenta oraculorum ab interprete tractandorum, difficultatumque existantiorum notatione sufficienter peragitur. Provectioribus autem ipsum interpretis negotium anticipandum est, elaborandumque ut pensum explicandum exacte meditentur atque, si tempus patitur, cogitata in chartam breuiter coniiciant, obseruato quoad fieri potest curiosissime interpretis, quem audiunt, ordine. Dici non potest quantum proficiant, qui hac interpretationis anticipatione defuncti auditioni interfundit; quam intenti difficultatum, quibus impediti haeserunt, solutionem animaduertant; quam feliciter siue errauerint siue sensum diuinauerint siue erurum demonstrauerint lapsuum et defectuum aequē ac protectum suorum concili fiant, atque ipsi lecorrigerē emendare et perincere discant. Quidquid in hac vtriusque interpretationis contentionē deprehenderetur, quod vel

H

con-

114 PRAEF. AD COMMENTAT. ANALYT.

consentiat vel dissentiat, vel cogitationem effugerit, vel ab interprete praetereatur, e re erit; in primis si limam postea adhibendam stilique conversiones in litoris accessionibusque non sola interpretis auctoritas, sed rationum euidentia artisque perspicientia direxerit.

Eadem exercitatio in commentariis locum habet, si non tam ad sensum librorum explicatorum perspiciendum, quam ad effigiem interpretis rationemque interpretandi efformandam animoque infigendam leguntur. Et quamvis in eo praestent viui interpretis exemplum praeuentis labores ut, et facilius se insinuent, intimius penetrant animumque ad imitandum aemulandumque rectius informent; et interpretationem ad artis elementa saepius reuocent, iisque inculcandis frequenter regularum repetitione inferuant; et liberiori sententiarum diiudicatione ipsaque verborum vberate non otiosa auditoribus profint; et demonstrationem pleniorē exhibeant; et, ut verbo dicam, formandis interpretibus per omnia melius accommodentur quam commentarii, qui pluribus destinantur, lectoribusque bene multarum rerum gratiam faciunt, et longe alter digeruntur: fructu tamen non destituetur diligentia tironis, qui, si in bonum commentarium incidit, ad inter-

terpretationem propositam intelligenter
examinandam, ordinem rationemque sin-
gularum partium operaे collocatae sag-
citer exquirendam, atque in vno alteroue
loco difficultiori imitationem adstrictiorem
fusciendiā animū appulerit

*Altera exercitatio absolvitur interpreta-
tione oraculorum diuinorum proprio mar-
te et sine itineris duce eoque consilio elab-
oranda, vt obseruantia regularum artis,
vſus adminiculorum ipsaque facultas inter-
pretandi tenterit et augeatur. Quem la-
borem subiuris haec suaferim.*

Primo, vt illum non differant ad tiro-
cinia sermonum sacrorum ponenda, vna
et eadem opera vtrumque negotium per-
agi atque dexteritatem oratoris sacri ae-
que ac interpretis simul parari posse arb-
itriti. Quod vtrique, alteri saltem vehe-
menter officier. Popularis enim oraculo-
rum explicatio, quae sermones sacros de-
cer, ad singularum partium interpretis
periculum faciendum facultatemque in il-
lis comparandam minus conducerit: quan-
tum vero interpretationis studio huic elab-
orationis parti accedit, tantum certe de-
trahitur de reliqua orationis sacrae per-
fectione et virtute obtainenda. Prouehi
mirifice et amplificari poterit facultas in-
terpretandi illo expositionis genere, dum-
modo principia inde non ducantur.

H 2

De.

Deinde, ut quidquid vel regulis artis vel aliorum exemplis intelligent suspicenturue interpretis esse, id omne aggrediantur, nihilque intentatum relinquant: eamque ob causas neque leuiora negotia praerereant, neque grauioribus se subtrahant donec illis se plane impares fenserint, atque in singulis rationes tam diu expurent et subducant, donec ad artium elementa peruerenterint. Alienæ ope penitus hic carendum est, si vel maxime commentariis abundas: neque memoria in partes ipsius interpretationis vocanda, sed quaecunque suggerit olim audita aut lecta, si ad negotia interpretis pertinent, noua industria et singulari cura peruestiganda et ex suis fontibus deriuanda sunt, ut tua fiant et a re inueniantur.

Porro, ut eiusmodi interpretatio in litteras referatur. Videmur nobis subinde ea meditando affecuti cogitationibusque clare et distinete admodum perspexisse, quae si aliis proponi aut litteris consignari debeant, vel prorsus efferri nequeant, vel si prodeant vaga et confusa esse atque diffluere apparent. Accedit tum in longiore discussione et meditatione firmiter tenenda esse principia cogitationum, ut cohaereant et postrema ex praegressis fluant, neque multo labore excogitata animo excidant et absint, vbi illis maxime opus

opus erit; tum ipsa foecunditate ingenii, et copiosiore prouentu cogitationum animum obrui et meditationem impediri, nisi digerantur et in ordinem redigantur, quod sine litteris aegre fiet. Quare, ut scriptio[n]em sine meditatione praegressa vehementer improbo; quae temeritas rationibus certe, si vel leuiter sapiunt, stilum mox excutiet: ita nec diuturniorem et operosiorem meditationem, in primis ubi ad facultatem comparandam ordinis et rationum conscientia requiritur, sine scribendo procedere opinor.

Tandem, ut elaboratio retractetur et severo iudicio subiiciatur. Parum lucrabitur qui has primitias ita deperit, ut illis a censura et amputatione parcendum existimet. Neque aliorum reprehensio et emendatio, vt in exercitatoribus primum usui sit, tantum valet ad interpretem formandum quam propria in labores nostros animaduersio: in primis si post aliquod tempus instituatur, quantum sufficiat ut alieniores nobis euaserint nimiumque recentes esse desierint; si temere et coeco impetu aut gustu sensuque solo nunquam peragatur, sed rationibus determinetur; si denique ita temperetur ne nimio studio lambendi foetum, poliendi opus reformatique pristinas cogitationes, interpretatio vel omnino pereat, vel plane noua

et alia fiat. Iuuabitur haec propria correctio tum fideli et intelligenti monitore, qui lecta interpretatione ea loca indicet, quae limam depositunt, significerque quid in omni opere desiderari, et ubi retractatione in primis indigere arbitretur; ipsam tamen emendationem tibi relinquat integrum, iterato licet iudicio de singulis eius periculis donec correctio sufficere videatur: tum, si monitore cares, commentariorum comparatione instituta et ad amusim examinata.

Tertium exercitationum genus comprehendit colloquia commilitonum ad interpretationem communiter exercendam instituta. Ut aliquot sacrarum litterarum cultores, neque plures neque pauciores quam qui pensis in orbem redeuntibus sine dispendio aliorum laborum sufficient, neque animo et profectibus admodum dispare, inita societate librum diuinum interpretandum sumant, statis temporibus singuli pensum domi gnauiter meditati coeant, succinctam completam tamen illius interpretationem vni per vires impetraram attrente audiant, eaque finita reliqui symbolas conferant, si quid habent quo explicatio proposita illustrari, confirmari, emendari aut in rem priuatam vel publicam verti posse videatur.

Mul-

Multiplex harum collationum utilitas est, si serio, modeste et reuerenter omnia agantur, ut bonae frugis homines gravissimumque argumentum decet, tum ad animi morumque emendationem, tum ad facultatem apposite verba faciendi proferendique animi sensa comparandam, tum in primis ad interpretandi dexteritatem perficiendam. Melius enim vrgetur sensus eruendi inuestigatio, fortiusque acuitur et intenditur meditatio, si tempus proferendi cogitata instare, atque obseruatores arbitrosque labori adfuturos noueris, aemulosque habueris, quorum industria superari te puderet; quam vbi tibi relictus elaboras, solus tibi instas, et vni tibi places aut displices. Praeterea cogitationum delectui sic asfuefies, quae priuatae praeparationi tantum inseruiunt, atque in mentem veniunt peregrina et superflua, ab illis, quae ad sensum oraculorum aliis approbandum demonstrandumque aliquid conferunt et necessaria sunt, prudenter discernere et reficare disces; quod ipsum interpretis est. Aliorum denique erroribus aequa ac profectibus ipse proficies, siue illos censores habueris, siue eorumdem censem egeris: oculatiiores enim esse solemus in alienis laboribus obseruandis quam nostris; neque facile verendum est ne tot oculos in vnam rem intentos,

H 4 homi-

hominum in primis id enixe agentium, ut habeant quod in rem communem conferant, aliisque satisfaciat, quidquam effugiat ad foecundam oraculorum interpretationem exhauiendam, quod vni, licet oculatissimo, frequenter accidit,

Quartam exercitationem in libri alicuius diuini interpretatione integra et completa colloco. Reliquis enim tirociniis vel exercitatissimo, aliisque laboribus leuioribus feliciter destinato aliquid deerit, quod in interprete omnium maxime desideratur ipsi breuiorum oraculorum interpretationi apprime profuturum, et quod sola hac exercitatione, quam nunc praecipimus, comparatur; ut partes, nexum et cohaerentiam integri libri, numerum rerum doctrinarumque propositarum, ordinem, quo se excipiunt et ad se inuicem referuntur, atque adeo finem auctoris in singulis libri partibus, ipsumque sermonis filum nunquam interruptum, perspiciat aliisque commonstret. Eadem hic circumspectio ne et sollicitudine opus est, qua reliqui labores indigent, immo hoc majori, quo facilius periculosiusque erratur in constituenta librorum partitione, membrorumque diuisione, et respectu illorum mutuo ordinando.

Formidarem suspicionem ambagum et circuitionis vel difficultioris vel inanis faltem

tem et superfluae illis faciendam, quibus forte haec librorum in partes suas resolutio sola seorsim, et sine integra illorum interpretatione, peragi et exerceri posse videatur: nisi sperarem, his tribus rationibus eam plane amolitum iri. Prima illarum huc redit, vniuersum hoc negotium disperiendi argumenta librorum tunc demum absolui et expleri, si ad minutissimas illorum particulas rite disternandas ducitur, quod sine perpetua continuaque librorum interpretatione perfici nequit. Altera haec est, ipsum examen partitionis interpretatione curatori institui debere. Saepe enim primo obtutu diuisio libri speciosa satis et apte cohaerens videtur, cuius incommoda errores et defectus apparent, vbi ad singularum partium interpretationem ex ordine praeconcepto fineque auctoris constituto suscipiendam deuenitur. Ut igitur de dissectione et copulatione membrorum, quam formasti, non aliorum auctoritate, sed re penitus perspecta tuo iudicio pronunties, et hallucinationum origines in posterum euitandas obserues, ipsamque emendationem feliciter excogites, in interpretatione libri totius integra labores necesse est. Accedit tertia, aliis etiam laboribus interpretis inferuire hanc exercitationem, eaque et proprietates vocum, in primis saepius obuiarum, et finitio-

H 5 nes

nes rerum in illo tractatarum, et accesso-
rios multarum locutionum respectus longe
intimius sic perspici, pleniorumque reddi
intelligentiam sensus singulorum oraculo-
rum libro integro curate explicato, quam
si excerpta librorum loca explicantur.

Quare omnino operae pretium faciet,
qui reliqua stadia emensus interpretatione-
rem continuam libri diuinitus scripti suc-
cincte et breuiter commentatur, in primis
si librum eligat faciliorem, aut quem ab in-
terprete olim explicatum audiuuit, aut cu-
ius interpretationes bonas ipse possidet,
ut correctioni et emendationi subueniatur.

Quintum ultimumque exercitationis ge-
nus in totius codicis sacri interpretatione
consistit, non litteris quidem consignanda
sed meditatione, curara tamen et comple-
ta, peragenda. Ante enim interpretis sa-
cri nomen non mereberis, quam omnem
codicem sacrum curiose peruestigaueris,
sensem illius commentatus fueris, atque in
singulis illius libris virium et industriae pe-
riculum feceris. Differt quidem haec ope-
ra tum a lectione philologica librorum di-
uinorum ad linguarum usum comparan-
dum; tum a quotidiana et religiosa eoru-
dem lectione ad animum pascendum emen-
dandumque instituta; et laboris aliquan-
tum plus requirit; neque tamen operose
nimis concipienda et iacunda est *ut homi-*
nis

nis aetatem excedat aut aequer. Admini-
culorum alienarumque interpretationum
suppetiis liberalior hic copia datur, dum-
modo his auxiliis non omnia peragantur
et propriarum virium applicatione, si ale-
gendo et apprehendendo discesseris, non
penitus supersedeatur.

Ita vero hoc stadium decurrentum est,
ut illud ingressi primum libros diuinitus
scriptos non eo ordine, quo in codice no-
stro disponuntur, sed huic fini accommo-
datione in fontibus perlegant, atque a no-
ui testamenti libris initium faciant ad ve-
teris tabulas postea progressuri, in utro-
que autem historicos libros ante doctrina-
rum tractationes, has vero ante vaticinia
versent; atque in singulis classibus tempo-
rum ordinem sequantur, quibus vel res
enarratae euenerunt, vel ipsi conscripti
fuerunt.

Deinde ut vna lectione laborem non
circumscribant, sed singulos libros bis aut
ter saltem legant et relegant; prima lectio-
ne argumenta partiumque obuiarum se^ctio-
nes, et earum rerum notitiam, quibus hi-
storia libri conficitur, peruestigatur, quod
concitatori cursu peragi potest ac debet;
altera vero continua atque ad partitionem
antea factam, quoad fieri potest, accom-
modatissima disquisitione ipsum vbique
sensum scrutaturi, neque, si interrupta fuit

per

per temporum interualla meditatio, sine respectu ad praegressa filumque scriptoris resumtum eam instauraturi; tertia tandem et partitionem et sensum ipsum sic erutum examinaturi atque studiofissime emendaturi.

Tandem, ut in discussiones rerum ab ipsa interpretatione remotarum, licet profutarum interpreti, non diuagentur; sed illarum quidquid est aliunde depromant et mutuentur, in illis vero, quae interpreti propria sunt eumque perficiunt, diutius elaborent atque desudent, commentariis parce admodum usi, tum ad subsidia peregrina, si aliis libris carent, inde petenda; tum ubi in obscurioribus locis ipsae coniecturae verisimiles deficiunt.

Conficitur hoc iter citius et facilius cum incredibili facultatis interpretandi incremento, quam inexpertus quisquam reputauerit, ipsaque voluptatis fructuosisimae et progressuum factorum conscientia iterationis desiderium excitat, maiusque momentum ad interpretem formandum habet quam quidquid praesidiorum aliunde conquiritur, ut theologus vere in sacris litteris nascatur et adolescat.

Posteriori, quod mihi imperavi, negotio enarrandi occasionem commentationis huius consiliumque auctoris breuiter defungar, ne praefatio, satis iam et forte nimis prolixa, modum excedat.

Lau-

Laudabili nostrisque temporibus, quae
communi studiorum praecipitandorum vi-
tio laborant, inusitato exemplo clarissimus
artium magister PETRVS von HAVEN,
post litteras sacras in academiis et patria
Hafniensi et Iulia gnauiter tractatas, alias-
que peregrinationes superatas, huc con-
cessit interpretationi in primis sacrarum
litterarum operam daturus. Quam ob rem
praeter nonnullarum partium disciplinae
sanctoris repetitionem, omne suum tem-
pus huic studio vindicavit, atque ut horas
ab auditionibus ipsi proficius vacuas rectius
impenderet in hac exercitacione conscri-
benda elaborauit priuato usui primum de-
stinata.

Suis tamen, publicisque ingeniorum ar-
bitris in patria rationes redditurus tempo-
ris peregre non male collocati, industri-
amque et studia approbaturus animum
induxit ut hanc commentationem ederet.
Cuius consilii certior factus librum per-
lustraui, ab accessionibus tamen et lituris
penitus abstinui, quas si mihi sumfissem
honorificam mei mentionem iniectam, er-
laudes, quas non mereor, deleuisse. Red-
didi igitur librario nihil immutatum ne-
que indignum iudicaui, qui in lucem pro-
deat, quod commentariis in hanc Pauli epi-
stolam nondum abundamus, ipsaque com-
mentatio satis feliciter auctori successit cul-
tori-

toribus litterarum sacrarum profutura, exemplumque praebitura virium in interpre-
tando periclitandarum.

Quod vnum nunc relinquitur DEVM
O. M. supplex veneror, ut et industrio
commentationis auctori propitius faveat,
labores ipsius secundet atque fortunet,
operamque patriae ac ciuitati christianaee
salutarem esse iubeat; et studium sacra-
rum litterarum prouehat, amplificet, a
fastidio exitioso, quod multos iam occu-
pat, feliciter vindicet, atque populo suo
interpretes voluntatis suae in litteras rela-
tae, posteritatique incrementa salutarium
doctrinarum prospiciat quam indulgen-
tissime. Dedi Halae ad Salam in acad.

Frideric. d. xxii. Iul. cl. Icc xxxxii.



PRAE-

PRAEFATIO
AD
CATALOGVM BIBLIOTHECAE
IO. HENR. SCHULZII

QUONDAM
MEDICINAE, ELOQVENTIAE, AN-
TIQVITATVM ET PHILOSOPHIAE
PROF. P. ORDIN, ACADEMIARVM IM-
PERIALIVM NAT. CVRIOS. PETROPOL,
UT ET REGIAE SCIENTIARVM BER-
LINENSIS SODALIS.



Praefationem indicis bibliothecae Schulziana rogatus, sed breuem tribusque plagulis circumscribendam, neque elaborabo in concelebrandis laudibus et meritis possessoris amicissimi, familiae, bonis litteris, academiae mihiq; intempestive luctuosissima morte erepti; quod alio scriptore elegantius fiet propediem: neque supellec̄tilis huius litterariae copiam et praestantiam ambitiosa praedicatione efforam, quod plerique faciunt qui bibliothecas commendatum eunt; etiamsi non ignorant et hedera suspensa nequaquam opus esse vino vendibili, et difficulter his artibus circumueniri emtores, aut effici ut libri plurimo veneant.

Sed ingenue fatebor imparem esse bibliothecam possessori litteratissimo amplissimaeque doctrinae, qui longe plures perlegerat seduloque versauerat libros, quam innumeris aliis hominibus nosse contigit

I

non

non proletariis neque in ciuitate litteraria
capite censis.

Nolim haec ita intelligi ac si farragini voluminum nauci homine erudito indignae honorem praefarer, aut veniam prodeundi in lucem deprecarer bibliotheca^e hominum conspectum non latura^e, eique pretium statuerem nullum: quae certe, ut ciuiis facile apparebit, libris abundat bona^e frugis atque selectis; neque raris de-stituitur et infrequenter obuiis; bene multos etiam habet possessoris manu correctos, emendatos obseruationibusque locupletatos, atque adeo insigniter commen-dabiles magnique merito faciendos.

Alia omnia volo ingenuitate, quam prae me fero. Bibliothecam plerisque priuatis apud nos superiorem, multis etiam viris primorum ordinum vel longe pecuniosioribus perhonorificam futuram, si haberent, SCHVLZII tot litterarum, linguarum, artium, scientiarum, monumen-torum et memoriarum péritissimi doctrinam et lectionem vastissimam aequare asseueranter nego: atque nouo hoc documen-to apud omnes constare posse confirmo, quantopere fallantur qui magnitudine bibliothecarum librorumque numero et ca-ritate possessorum eruditionem metiendam esse existimant.

Vt enim librorum usus, non possessio, eru-

eruditum et facit et comprobat; quum haec fortunae sit, ille ingenii artis et industriae: sic euenire vtrumque solet haud raro, vt vel domini bibliothecis suis impares sint multisque interualis inferiores, a quarum vsu inertia et inscientia arcentur: vel libris suis longe sint superiores, ad quorum paucitatem redacti impeditius litterarum iter habent operamque difficultorem in illis maxime studiis, quae hoc genus subsidiorum requirunt. Quae difficultates, si culpa vacant, tantum absunt a vituperio et dedecore, vt in laudem vertantur et animum virtutemque illorum, a quibus superantur, illustriorem reddant magisque conspicuam.

Maioris igitur non intererit bibliothecae huius ad gloriam pretiumque SCHVLZIVM habuisse possessorem, quam memoriae vi- ri meritissimi, intelligi ab omnibus qui fa-ctum sit, vt neque numerosiorem et pre-tiosiorem haberet bibliothecam, neque de-sideraret admodum, et nihilo fecius ad fa-stigia contenderet eruditionis et litterarum, quae libris carere nequeunt.

Quamobrem viriusque rei rationes breuiter et summatim explicabo, sine longa tamen commemoratione calamitatum et angustiarum rei familiaris aut iniquioris fortunae criminatione: quae cum neutrum quam conueniret animo viri patientissimi,

beneficiorum diuinitus profectorum nuncquam immemoris vel forte m suam con-
questi, sed ab ingratae erga Deum men-
tis suspicione facienda alienissimi; tum ad
ea recideret, quae necessitatis sunt magis
quam voluntatis et prudentiae.

Quae reliqua sunt memorabiliora hu-
redeunt. Non eadem semper et stabi-
lis aut perpetua fuit bibliotheca viri li-
brorum studiosissimi, sed varias viciisitudi-
nes subiit, ut priores in usum abunde
conuersi decederent aliis, quibus venunda-
ti et locum et emendis copiam facerent.
Euenit ea ratione ut multarum biblioth-
earum diuersis temporibus possessionem
habuerit, nullamque opportunitatem pra-
termiserit commutandi libros satis perle-
ctos usibusque suis defunctos cum aliis am-
plificandae cognitioni destinatis. Multo-
rum in primis orientalium librorum et alio-
rum rariorum haec fors fuit, ut auide con-
quisiti et studiose tractati in amicorum bi-
bliothecas dudum transferint, pristino pos-
sessori, quotiescumque illis opus esse vide-
batur, nunquam denegandi.

Perspicerat praeterea usum librorum
latius patere quam possessionem: quare
non solum bibliothecarum publicarum ap-
prime gnarus erat, ut quod uni deeslet
commode ex alia suppleretur; quales ali-
quot hic habemus non contemnendas *aca-*
demi-

demicam, senatoriam seu marianam, gymnasii reformati et orphanotrophei; verum etiam priuatas, quid quod librariorum tabernas, sedulo perreptabat sibique familiares reddebat, atque sic pluribus vrebatur libris mutuo acceptis, quam opulentior quisquam facile comparare potuisset.

Accedebat sagax futurorum usum prouincientia ut amicis, quos sibi conciliauerat, librorum emtionem persuaderet, quoties recens prodiisse aut venire alicubi exquisitos nec semper aut cuius paribiles resciuerat. Quod ex eo potissimum tempore factum est, quo nummos veteres antiquitatum studio profuturos colligere coepit, quibus destituebantur familiares in libris vel ipsiusmet gratia coemendis ipsisque commodandis nunquam difficiles. Quidquid igitur sumtuum in illam collectionem cedebat bibliothecae amplificandae derrahebatur, sine iactura librorum ad usum necessariorum et proficuorum.

Pluribus singula haec prosequerer raurumque exemplum indefessae industriae innumeras difficultates feliciter eluctatae admirationi proponerem, nisi spatio excluderer atque excusationi et commendationi bibliothecae, cui semper volui, satisfactum esse arbitrarer. Quare finem praefandi facio, libris viri litterarum amantissimi nouos possessores non dissimi-

I 3 les,

134 PRAEFATIO AD CATAL. BIBLIOTH.

les, exuuis leuem terram, animae amicissimae placidam quietem et aeternam felicitatem, memoriae posteritati consecrandae cultores et imitatores ex animo lugens moestusque comprecatus, Halae ad Salam in acad. Fridericiana d. XXX
Decembr. clcc xxxxiii.



IN

INDEX

TAM

DISPV TATIONVM SVB PRAE-
SIDIO SVO ADHVC HA-
BITARVM

QUAM

ARGVMENTORVM QVAE OPPORTVNE

DISPV TARI POSSE VIDENTVR.

REICH

1717

1717 A.D. OCTOBER
11. H. 11. 10. 10. 0. 0. 0.
1717. 1717.

1717

1717. 1717. 1717. 1717.
1717. 1717. 1717. 1717.

1717. 1717. 1717. 1717.



Quamuis probe intelligam neque commentario aut honore praefando admodum indigere vtrumque indicem, quem hic exhibeo, neque pudoris mei esse rerum mearum scriptorem agere: plurimi tamen mea referre existimo rationes consilii huius reddi approbarique illis, qui haec legere non grauabuntur, ne otio indulssisse aut ostentationi dedisse videar, quod tempori parcendo et excusationi parandae destinatur.

Priorem catalogum disputationum sub moderamine meo habitarum edendum esse putavi his potissimum rationibus tribus motus: vt *primum* frequentissimis rogationibus satisficeret; *deinde* aequum de illis laboribus iudicium constaret; et difficultas *denique* appareret curandi harum dissertationum collectionem a nonnullis desideratum.

Accidit enim vt, rogatu tam auditorum quam exterorum, qui meis sua studia subleuari posse putarunt, saepius iam iteraue-

rim disputationum consignationem non sine temporis dispendio. Quo labore supersedere in posterum potero, atque dissertationum colligendarum cupidis simul consulere, edito hoc indice additaque mentione officinarum, ex quibus singulae prodierunt, ut et electio et ipsa conquisitio facilior euaderet.

Neque defuerunt, qui vel maiores vel minores fuisse partes meas in conscribendis his dissertationibus opinati, quam fuerunt vere, perperam de illis pronuntiavunt. Quorum errorum haud facile dixerim vter magis mihi displiceat, atque in mene an elaborationum auctores iniquior sit.

Vni conuellendo sufficiet ipse hic catalogus. Nemini enim, qui dissertationum numerum cum tempore meo occupationibusque contenderit, obscurum aut dubium erit, etiamsi a scriptionis indole et varietate meique testimonii auctoritate discesserit, neque vniuersas scribi neque singulis retractandis eandem operam impendi potuisse ab homine scholarum frequentia obruto, libris nonnullis tam scribendis suis quam edendis, commendandis perficiendisque alienis addicto, neque aditus difficilis, et a litterarum commercio non plane libero. Quare si vel maxime voluissem, obfusset multitudo laborum in vnum sub-

subinde tempus incurrientium scriptio[n]i a me solo curandae. Sed vt, quod res est, fatear, defuit ipsa voluntas, non temere aut negoriorum fuga et fastidio, sed consilio et studio. Subductis enim rationibus omnibus et propria experientia cognoui nonsolum sine detimento doctrinarum tractandarum fieri posse, verum etiam e re auditorum atque adeo utilitatis publicae esse, vt iuuenes prouectiores sub doctoris moderamine stilum tractare et vertere discant, meditationis subactioris rhetorica ponant, et progressus in academias factos suis approbent, idemque studium recens ingressis exemplo profint. Nolui igitur cuiquam proficuae huius exercitationis cupido deesse, neque difficultate opis ferendae quorundam elaborationibus, quae propriae scriptio[n]is molestiam, si non superauit, certe aequauit, ab illo consilio deterrei me passus sum.

Alteram opinionem, quā ab his disputationibus, plerisque saltem, penitus excludor, aequissime ferrem, si in rem auctorum et librariorum cederet, neque id ageretur hac obtrectatione vt tam existimatio[n]i earundem aliquid detrahatur, quam iustae mihi dematur aut imminuat excusationis materia apud eos, qui maiorem a me requirunt accelerationem librorum vel affectorum, vel promissorum. Vtique ob-

obuiam ibitur hoc indice, quo non solum publice testatum facio nullas harum dissertationum me fastidire, neque praefidii earundem et solemnis tutelae poenitere, omnesque, licet admodum diuerso proprietatis et possessionis gradu, meas habere: verum etiam facile constabit apud aequos arbitros, idem in primis expertos, potuisse omnino his disputationibus reliqua negotia hominis vel laboriosissimi fatis tardari nec leuiter impediri.

Evidentius haec apparebunt, si constitutis earundem ordinibus sigillatim explicuerio, quam in illis partem habuerim. Nam praeter publicum moderamen conflictus academici litterasque ad singularum defensores datas, operae meae quod reliquum est in quatuor genera abit, eo ordine commemoranda, quem disputationum ad singula referendarum minor maiorue numerus constituit.

Primam classem efficit vnq; dissertatione, quae indicis decima quinta est, cuius scribendae ne consilium quidem ad me pertinet, sed elaboratio omnis clarissimo auctori debetur, qui post sanctiora studia in aliis academiis tractata documentum eruditioris theologicae editurus iam confectam dissertationem mihi tradidit, quam perlectam moderamine solemni non indignam iudicauit, licet in nonnullis ab eius sen-

INDEX DISPVTACTIONVM. 141

sententiis discedam, quod in epistola adiecta significavi.

Alterum classis absoluitur duabus disputacionibus, quae in indice locum *tertium* et *quintum* occupant, ab auctoribus quidem elaboratae, sed a me ita retractatae ut ipsa scriptio mea euaserit.

Tertium ordinem constituunt quatuor loco X, XVII, XVIII et XXI indicis commemoratae, quas solus conscripsi.

Quarta classis reliquias omnes complectitur, in quibus conscribendis auctores, prout vel ipsorum voluntas vel opis ferendae necessitas requirere videbatur, consilio, libris, et lima mea vni sunt. Plerique doctrinas, quas in scholis meis pertractatas audiabant, propria industria digeserunt et vberius explicatum iuerunt. Aliis filuum rerum scribendarum ordine dispositam vel a me conscriptam tradidi, vel ab ipsiis metu confectam emendaui, ut stamina haberent telae felicius et facilius pertexendae. Nonnullorum praeterea scriptis accessiones subinde adieci vel in ipsis differentiationibus, vel in epistolis. Reliquorum et stium et limam sermonibus colloquisque moderatus sum ut emendationes et supplementa propriis verbis scriberentur. Etiam si igitur a quorundam laboribus abruptis discessero, quibus post agitata vberius mecum consilia acceptamque manerem

riem scribendi animus periit aut opinione celerius ex academia discedendum fuit, indubium esse arbitror in his solis, quae intra duo lustra prodierunt, disputationibus haud exiguum partem horarum bonarum et vigiliarum consumendum mihi fuisse.

Quod postremum supra commemoravi quorundam desiderium edendi disputationum mearum vno volumine comprehensarum collectionem plane concedet, opinor, lecto hoc indice. Neque enim satis coherent argumenta earundem, quorum ad plures doctrinae sanctioris partes pertinentium varietas maior est, quam ut commode cocant. Neque integrum mihi esse existimo quidquid non sine detrimento librariorum fieri posse prouideo, qui nonnullas dissertationes iam iterum tertiumque ediderunt. Neque argumenta, in quibus ipsemet elaborare exorsus sum, ad finem perducere adhucdum licuit, quorum tamen continuationem opportune meditor.

Haec praefatus censum ipsum agam disputationum ad temporis, quo singulae habitae sunt, ordinem dispositarum. Vbi ita se excipiunt.

I.

Explicatio loci difficilioris IOAN. X com.
XXXII.-XXXVIII et vindiciae diuinitatis
CHRISTI ex eodem, auctore IOACH. FRIDER.
HITZ.

INDEX DISPV TATIONVM. 143

HITZWEDEL *Potsdamiensi m. aug.* cīo Iō cc xxxv
apud 1o. Chriſt. Hendel plag. V.

II.

De precatione CHRISTI pro auertendo
calice ad MATTH. XXVI, com. XXXVIII,
auct. CHRISTIANO HENR. NEHRING *Morlenſt*
Magdeb. m. septemb. cīo Iō cc xxxv. apud
eundem plag. III.

III.

De dictis scripturae sacrae probantibus,
auctore MATTHIA DRUDE *Halberſtadienſi m.*
nouembr. cīo Iō cc xxxv. apud eundem
plag. III.

III.

De CHRISTO a Iudeis conspiciendo, quān-
do dixerint; *celebretur veniens in nomine do-*
mini, ad MATTH. XXIII, com. XXXVIII,
auct. 1o. CHRIST. GRUNDLER *Hallenſi m. febr.*
cīo Iō cc xxxvi. typis 1o. Godfr. Meybi
plag. V.

V.

De gradibus peccatorum , auctore 1o.
ANDR. EILERS *Brandenburgensи m. sept.* cīo Iō cc
xxxvi. ex officina *Salfeldiana* plag. VI.

VI.

Obſeruationes de concilio tridentino,
quantum per illud melior deteriorque fa-
cta fuerit ecclesia romana, quantumque ex
eo nostra ecclesia ceperit emolumenti, auct.
GE. LUD. ROLOFF *Berolinate m. sept.* cīo Iō cc
xxxvii. apud 1o. Henr. Grunert plag. VIII.

VII

VII.

De patrum primitiuae ecclesiae feliciori successu in profliganda gentium superstitione quam in confirmando doctrina christiana, auct. IO. MELCH. GOEZE *Halberstdadiensis* m. aug. clo 15 cc XXXVIII, apud eundem plag. III.

VIII.

De discrimine eius, quod naturale et morale dicitur in theologia, auct. GE. FRID. MEIER *Ammendorffio Magdeburgico* m. dec. clo 15 cc XXXVIII, ex officina *Hendeliana* plag. VIII.

VIII.

De *œconomia* ab hominibus in hac vita non obtinenda, contra auctorem der unschuldigen Warheiten, auct. ERN. FRID. KESSELRING *Prusso* m. ian. clo 15 cc XXXVIII. apud IO. Henr. Grunert plag. V.

X.

De scriptura sacra, respondente AUG. ADOLPH. FOSGRAFF *Hallenfi* m. april. clo 15 cc XXXVIII. impensis IO. Andr. Baueri plag. V.

XI.

Paedobaptismi demonstratio et vindiciae contra auctorem der unschuldigen Warheiten, auct. M. IO. FRID. KLEINSCHMIDT *Lippia Guestphalo* m. apr. clo 15 cc XXXVIII. apud IO. Henr. Grunert plag. VII.

XII.

De polygamia simultanea illegitima in primis

INDEX DISPVTATIONVM. 145

primis etiam ex numero hominum vtriusque sexus in tellure fere aequali, auct.
BENI. CHRISTOPH. HERMANN *Grunebergensi Mesomarchico m. sept.* cīc Iō cc xxxviii, prelo
Io. Christ. Grunert plag. V.

XIII.

De gradibus bonorum operum et virtutis, auct. SAM. DAN. GRUZMACHER *Glaſouio Pomerano m. octobr.* cīc Iō cc xxxviii, apud eundem plag. III.

XIII.

De *avauagnoia* CHRISTI eiusdemque necessitate, auct. CAR. LUD. HOEVEL. *Verchenſi Mesomarchico, m. april.* cīc Iō cc xxxx, apud eundem plag. V.

XV.

De peccato in spiritum sanctum ad dūctum loci classici HEBR. VI. com. III. V. VI. auct. M. IO. SAM. HICHTEL *Anhalino m. aug.* cīc Iō cc xxxx apud *Io. Christ. Hilliger* plag. VI.

XVI.

De pietate ministri ecclesiae ab auditorie caute examinanda, auct. GE. FRID. GERLING *Iuena Pomerano m. sept.* cīc Iō cc xxxx, apud *Io. Christ. Grunert* plag. III.

XVII.

Examen miraculi legionis fulminatricis contra THOM. WOOLSTONUM diff. I. resp. MICHAEL NESTIO *Rugianom. octobr.* cīc Iō cc xxxx, sumtibus *Io. Andr. Bauer* plag. III.

K

XVIII.

XVIII.

De infallibilitate pontificum romanorum
autonarangitq;, auct. GODFR. SCHÜZ *Ascanio*
Halberstadiensi m. octobr. c15 15cc xxxx, apud
Io. Christ. Grunert pl. III.

XVIII.

Examinis mir. leg. fulmin. dissert. II,
 resp. IO. FRIDER. OPPERMANN *Suanabecca Hal-*
berstad. m. octobr. c15 15cc xxxx, impensis
Io. Andr. Bauer plag. III.

XX.

Vindiciae potiorum CHRISTI testimonio-
 rum, quibus superioritatem patris affirma-
 re videtur, contra Neoarrianos et in primis
 THOM. CHUBBIUM, auct. IO. GEBH. PFEIL *Mag-*
deburgensi m. mai. c15 15cc xxxxI, aere *Io. Henr.*
Grunert plag. VI.

XXI.

Examinis mir. leg. fulmin. diff. III, resp:
 ARETIN. ISRAEL. BANDELOW *Magdeburgensi m.*
aug. c15 15cc xxxxI, apud *Io. Andr. Bauer*
plag. III.

XXII.

Examen sententiae veterum christiano-
 rum de militia, auct. IO. GOTTLIEB CALOV
Writzenfi Mesomarchico m. octobr. c15 15cc
xxxxI, ex officina *Hilligeriana* plag. III.

XXIII.

De imputatione peccati adamitici poste-
 ris facta, auct. STEPH. CHRISTOPH. LENTZE
Oster-

INDEX DISPVTACTIONVM. 147

Osterburgo Palaeomarch. m. ian. clo Icc
xxxxii, ibid. plag. XI.

XXIII.

Vindiciae textus graeci noui testamenti
contra IO. HARQUINVM, auct. M. CHRIST. FRID.
CURTIO Retzouia Mesomarchico m. mart.
clo Icc xxxxii, ibid. plag. VI.

XXV.

De scientiae, fidei et experientiae discri-
mine et nexu in theologia necessario, auct.
IO. DAN. WIEGLEB Hallensi, m. mai. clo Icc
xxxxii, apud IO. Christ. Grunert plag. V.

XXVI.

Vindiciae demonstrationum diuinitatis
sacrae scripturae a suspicione circuli vi-
tiosi, auct. GE. CHRIST. HAINE Berolinate m.
iul. clo Icc xxxxii, apud IO. Frid. Grunert
plag. VIII.

XXVII.

Vindiciae poenarum aeternarum oppo-
sitae auctori epistolarum *sur la religion effen-
tielle*, auctore IO. GODFR. WEINSCHENK Mag-
deb. m. aug. clo Icc xxxxii, apud eundem
plag. III.

Progressurus nunc ad alterum indicem
argumentorum opportune disputandorum
tria habeo, de quibus lectores praemonen-
dos esse existimo, ut neque consilium et
scribendi et edendi illius catalogi, neque
leges, quas in delectu argumentorum se-

K 2

status

Etatus sum, neque ordinem in eorundem
recensione obseruatum ignorent.

Ordinar ab aperiendo consilio indicis
huius conficiendi edendique, ne cuiquam
vel fidem dare aut vadimonium constitue-
re harum dissertationum omnium scriben-
darum aut procurandarum; vel nouas et
inauditas atque a nemine tractatas pronun-
tiare has doctrinas, in quibus saltem re-
condita multa et quod omnium adhuc in-
telligentiam effugerit pollicear; vel his
limitibus meam meorumque industriam
circumscribere velle, alias vero doctrinas
quasuis disputatu indignas his certe infe-
riores habere atque a cathedra mea arcere
videar. Primum, fateor, temere et im-
prudenter fieret, alterum arroganter et in-
uercunde, tertium denique inconsulte et
moroſe. Alia omnia volui hoc indice,
quem confeci ut deliberationi et delectui
inseruiret eorum, qui animum publice di-
spatandi significarunt atque de arguento
tractando folliciti in consilium me voca-
runt. Licet enim acciderit, ut nonnulli
vel ipsimet argumenta excogitarent, vel
a suis acciperent mihi que facile probarent:
plerique tamen rem omnem ad me de-
tulerunt; quibus nunquam doctrinas dispu-
tandas imperauit aut persuasi, sed plures
proposui ex quibus feligerent, quae omni-
um maxime arriderer, atque animo, lit-
teris,

INDEX DISPV TATIONVM. 149

teris, tempori, viribusque conuenientissima videretur. Vnde euenit ut in chartam coniecerim aliquot argumenta, quod non semper vaco ad huiusmodi delibera-tiones. Quas designationes auditoribus traditas toties iteraui prioribus vel non redditis, vel nonnunquam inter alias sche-das chartasque coniectis atque quaerenti, vbi desiderabantur, subductis ut saepius me taedium laboris ceperit. Quare tem-poris lucrandi cauſa de catalogo typis ex-scribendo cogitare coepi, cui opportunio-rem locum inuentum iri non putauit eo, quem hic occupabit.

Quas mihi praeciperim leges in deligen-dis his argumentis eo redeunt, *primum* ut sine anxia sollicitudine, fastidio et super-cilio colligerem quidquid doctrinarum vti-lium scribenti in mentem veniret, aut me-moriām pristinorum consiliorum subiret; *deinde* ut vtilitatis publicae, otii mei, vi-riuimque eorum, quibus hi labores desti-nantur, rationem haberem eaque potissi-mum proponerem argumenta, in quibus discutiendis aliquis operae pretium facere, litteris sanctioribus prodesse, atque non-nulla, quae in scholis theologicis vberius tractari et exauriri non solent, afferre poslit, ego vero vel recognitione doctri-narum mearum vel subsidiis aliis materiem meditandi scribendique sufficere; *praeterea*

K 3

vt

ut temporibus nostris accommodarem labores atque pleraque argumenta vel erroribus si non nouis, instauratis tamen, conuellendis, dissidiis componendis insultibus que periculosis varii generis hostium infringendis, ipsisque amicorum desideriis nonnullorum tractationem rogantium designarentur; quod in illis etiam faciendum duxi, quae sine diserta mentione peculiaris et proximae destinationis commemoraui; et tandem ut ea praeterirem, quae monitore, apud meos saltem, non indigerent, unde exegeticorum fere nullam mentionem feci, quum cuius interpretationum mearum auditori quoties ipsi difficilioris alicuius loci expedita explicatio arriserit, facilis esse possit argumenti destinatio, in aliis autem doctrinae sanctioris paribus res secus se habere soleat.

Ordinis, quo argumenta haec disposita comparent, ratio significanda esse videtur, ne quis vel omnem abesse arbitretur cunctaque, pro temere disiectis et effusis habeat, vel a sententia et intentione mea alium suspiceret et effingat ad praeiudicium dignitatis et praestantiae doctrinarum propositarum faciendum. In duas classes diuisi vniuersum hunc censum, ut illa argumenta agmen ducerent, quae certos scriptores habent, quorum vel industriam stilumque iam exercent, vel consilia et

INDEX DISPV TATIONVM. 151

et studia occupant, atque adeo nouis possefforibus non vacant, quorsum quinque priora themata pertinent; reliqua multitudine ad disciplinarum sanctorum, vnde desumpta sunt, varietatem distribueretur. Quod eo simul proderit, vt ipsa quorundam argumentorum significatio rectius intelligatur. Primo igitur loco collocantur argumenta ad historiam sacram et antiquitates christianas referenda, haec excipiunt dogmatica, agmen vero claudunt moralia.

I.

de efficacia scripturae sacrae et naturali et supernaturali.

II.

de obligatione CHRISTI hominis ad leges tantum voluntaria.

III.

de gradibus vocationis diuinae bonitate DEI determinatis.

III.

extra ecclesiam non dari salutem.

V.

de praestantia theologiae revelatae prae naturali.

VI.

chronologia vitae CHRISTI in terris actae.

VII.

de ultima coena CHRISTI paschali.

VIII.

de PAVLLO gentium apostolo.

K 4

VIII.

VIII.

de arctis historiae christianaæ antiquissimæ limitibus eorumque causis et vsu legitimo.

X.

de *circumscriptio*n_e primorum ciuitatis christianaæ doctorum, eiusque limitibus, causis, vsu et abusu.

XI.

de cautionibus in statu ecclesiae apostolico et concipiendo et instaurando necessariis.

XII.

de circumspectione haeresiologica,

XIII.

de electione clericorum per sortem.

XIV.

de hominibus canonicis veteris ecclesie.

XV.

de fossoribus et parabolaniis.

XVI.

de baptismi apud veteres procrastinati causis.

XVII.

de mora saeculi, quam veteres christiani publice et conceptis verbis DEVM precati sunt.

XVIII.

de montanismo.

XVIII.

INDEX DISPV TATIONVM. 153

XVIII.

de variis ecclesiis monophysitarum.

XX.

historia trifagii.

XXI.

de acoemetis rei monasticae corrupto-
ribus.

XXII.

de originibus coetuum ante reformatio-
nem per occidentem ab ecclesia romana
separatorum ex oriente repetendis.

XXIII.

de caussis criminacionis eorundem ma-
nichaeismi.

XXIV.

de cautionibus in testium veritatis exci-
tatione obseruandis.

XXV.

de derimento rei christianaæ ex crucia-
tis expeditionibus.

XXVI.

de corruptione disciplinae ecclesiasticae
per monachos.

XXVII.

de ecclesiae fratrum bohemorum vici-
studinibus.

XXVIII.

vindiciae ecclesiae lutheranae a crimin-
tionibus P. Fabri continuatoris hist. eccles.
Fleurianaæ.

K 5

XXVIII.

XXVIII.

de antitrinitariorum recentiorum originibus ex anabaptistarum familia deriuandis.

XXX.

de potestate episcoporum per concilium tridentinum imminuta.

XXXI.

de valore symbolico illius concilii apud pontificios.

XXXII.

de ecclesia independentum seu congregationali.

XXXIII.

de Nonconformistis anglicanis.

XXXIII.

de Neoarrianis.

XXXV.

de methodistis.

XXXVI.

historia canonisationis sanctorum.

XXXVII.

de indole originibus et vicissitudinibus libertatis ecclesiae gallicanae.

XXXVIII.

historia doctrinae de statu animarum separatarum.

XXXVIII.

historia sententiarum de gradibus prohibitis,

XXXX.

XXXX.

de propagatione muhammedanismi.

XXXI.

de sectis muhammedanorum.

XXXII.

historia deismi.

XXXIII.

de discrimine reuelationis et inspiratio-
nis.

XXXIV.

vindiciae inspirationis librorum diuino-
rum.

XXXV.

de ordine librorum diuinitus scriptorum
recepto eiusque caussis commodis et in-
commodis.

XXXVI.

de iactura autographorum scripturae sa-
crae non solum innoxia verum etiam pro-
ficua rei sacrae.

XXXVII.

de limitibus in concilianda rationi do-
ctrina reuelata obseruandis.

XXXVIII.

de demonstratione theologica.

XXXIX.

de technologia theologica.

L.

de laudabili et illaudabili ignorantia
theologica.

LI.

156 INDEX DISPVTATIONVM

LI.

de ratione captiuanda sub fidem, seu imperio fidei in rationem rationi conformi.

LII.

vindiciae theologiae acroamaticae suis limitibus circumscriptae.

LIII.

vindiciae iustitiae vindicatrixis IN DEO.

LIII.

de gloria DEI sine actionum ipsius omnium et creationis supremo.

LV.

de adoratione diuinarum personarum peculiari et spiritus sancti in primis.

LVI.

vindiciae terminorum receptorum in doctrina de trinitate contra recentissimas obtræctationes.

LVII.

examen illustrationum mysterii trinitatis ex ratione desumptarum.

LVIII.

de impersonalitate humanae Christi naturae.

LVIII.

de imputatione peccatorum Christo facta legitime,

LX.

de theologia vñionis.

LXI.

de propagatione peccati originalis.

LXII.

INDEX DISPV TATIONVM.

157

LXII.

de gradibus peccati originalis.

LXIII.

de participatione peccatorum alienorum.

LXIII.

dē peccatis infantum.

LXV.

de peccatis contra, fine, cum et ex conscientia peractis.

LXVI.

vindiciae poenitentiae.

LXVII.

conuersionem non fieri in instanti,

LXVIII.

de naturae et gratiae nexu.

LXVIII.

de necessario legis vsu.

LXX.

de variis modis abutendi euangelio.

LXXI.

de necessaria ecclesiae visibilis et invisibilis distinctione practica.

LXXII.

de periculosa sacramentorum in caerimonias et harum in sacra menta commutatione.

LXXIII.

de donis administrantibus.

LXXIII.

de cognitione fanaticismi cum naturalismo.

LXXV.

158 INDEX DISPVTATIONVM

LXXV.

de indifferentismo sectario.

LXXVI.

de superstitione superstitionum fuga.

LXXVII.

de cautionibus necessariis in effugiendo debellandoque et fanaticismo et naturalismo.

LXXVIII.

meditationem orationem et temptationem facere et christianos et theologos.

LXXVIII.

de genuina et spuria aedificatione spirituali, mediisque illius legitimis et illegitimis.

LXXX.

de eiusdem eiusque discrimine a caerimoniis et exercitiis religiosis.

LXXXI.

de vera operis operati indole atque necessaria sed carita debellatione.

LXXXII.

de genuinis principiis diiudicandi ritus sacros.

LXXXIII.

de fraternitate christianorum.

LXXXIII.

de periculosa et noxia permutatione exercitorum religiosorum in officia.

LXXXV.

de zelo coeco et oculato.

LXXXVI.

INDEX DISPV TATIONVM. 159

LXXXVI.

de necessariis limitibus libertatis conscientiae.

LXXXVII.

de tolerantia sacrorum cum libertate conscientiae non confundenda.

LXXXVIII.

de officiis circa errores et dubia.

LXXXVIII.

de obedientia ecclesiae debita.

LXXXX.

de veris signis vocationis diuinæ.

LXXXI.

de periculis fictæ immunitatis christiano-
rum a tentationibus et lucta interna.

LXXXII.

de decoro christiano.

LXXXIII.

de vario genere scandalorum.

LXXXIII.

de eo quod licitum et necessarium est cir-
ea vota.

LXXXV.

de simulacris virtutum.

LXXXVI.

de hypocrisi inuoluntaria.

LXXXVII.

de vera et necessaria christiani, theologi
et ecclesiastæ distinctione.

LXXXVIII.

de pace ecclesiae.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

de ecclesiae amplificatione legitima et illegitima.

C.

de circumspectione paradigmatica.

Nolo plura cumulare. Satis iam proposito receptoque, satis officio factum esse arbitror. Affatim argumentorum habebunt triciniorum publice ponendorum, dissertationumque scribendarum candidati vnde non solum delectum agant et optionem faciant, verum etiam, si nullum placeat, noua facile excogitent. Nemini enim consilia et suppetias negabo, qui in alia doctrina elaborare sataget.

Quod reliquum est, ardentissimis supplicationibus DEV M deprecor, ut labores academicos populi sui commodis destinatos salutares esse, et hominum sanctioribus studiis initiatorum primitias litterarias sibi consecrari caussaeque suae agendae inferire atque feliciter cedere iubeat benignissime. Scripsi Halae ad Salam d. XI. aug.

clocc XXXII.

Appen-



APPENDIX.

Ex quo primum editus est hic disputacionum index plures sub moderamine meo prodierunt dissertationes, quarum nonnullis alia argumenta discussa et illustrata plerisque tamen quaedam ex propositis in altera tabula doctrinis explicatae et disputatae sunt. Quam ob rem in iterata hac illius editione duplici supplemento et continuatione opus esse videtur, ut tam series reliquarum disputationum post vigesimam septimam habitarum recensentur, quam in locum argumentorum disputationum alia sufficiantur.

In priore censu agendo eundem temporis ordinem sequar, ad quem reliquas praegressas disposui. Vbi continuata numerorum serie ita prodierunt.

XXVIII.

de CHRISTO homine obligatione legum diuinarum antecedente et externa soluto,
auctore JO. NICOL. KIRCHHOFF Magdeburg.

*mens. sept. clo 10 cc XXXXII, ex officina Io.
Christi, Hilligeri plag. V.*

XXVIII.

*de vocatione dei ad salutem, variis eius
gradibus et graduum rationibus, auct. 10.
FRIDER. DANIEL Quedlinburg. m. oct. clo 10 cc
XXXXII, ex offic. Hilligeriana, plag. VI.*

XXX.

*de efficacia sacrae scripturae naturali et
supernaturali, auct. MART. FELMERO Cibinio-
Transilvano, m. oct. clo 10 cc XXXXII, apud
Ge. Iac. Lehmanni viduam, plag. VI.*

XXXI.

*demonstatio, extra ecclesiam non dari
salutem, auct. CHRIST. FRIDER. IERICHO Wet-
tino Magdeb. m. dec. clo 10 cc XXXXII, apud
Hilligerum plag. V.*

XXXII.

*de praestantia religionis reuelatae prae-
naturali, auct. M. CHRISTOPH. IOSEPH. SUCRO
Regionon. Neomarchico, m. maio clo 10 cc
XXXXII, ex officina Io. Iustin. Gebaueri
plag. VI.*

XXXIII.

*de ultima coena CHRISTI paschali, auct.
BENED. GUIL. MUNCH Norimberg. m. sept.
clo 10 cc XXXXII, apud Hilligerum plag. VIII.*

XXXIII.

*de conuersione non instantanea, auct. ERN.
FRIDER. BENING Osnabrug. m. nouemb. clo 10
cc XXXXII, ex officina Lehmanniana, plag. III.*

XXXV.

XXXV.

historia trisagii, auct. GE. PHIL. SCHUNTER
Engelthalo Noric. m. Januar. clo 10 cc XXXXIII,
ex offic. Hilligeriana, plag. V.

XXXVI.

vindiciae verae et realis corporis et san-
guinis Christi in saera coena praesentiae
ab oppugnationibus BENIAM. HOADLY, auct.
IO. CAR. LEEKENY *Magdeburg.* m. april. clo 10
cc XXXXIII, apud Io. Christ. Grunertum,
plag. III.

XXXVII.

examen variarum opinionum de regno
posteriorum Abrahami in Aegypto, defen-
dente MAXIMIL. HOPPERT *Norimberg.* m. april.
clo 10 cc XXXXIII, apud Hilligerum plag. VI.

XXXVIII.

de Iuda sacrae coenae coniuua, auct. IO.
HENR. GERLING *Iuena Pomer.* m. sept. clo 10 cc
XXXXIII, apud eundem, plag. III.

XXXIX.

de circumspectione haeresiologica, auct.
IO. ANDR. THAL *Palaeobrandenburg.* m. sept.
clo 10 cc XXXXIII, apud eundem, plag. V.

XXXX.

de discrimine reuelationis et inspiratio-
nis, auct. IAC. DIET. LITZMANN *Neoruppin.* m.
april. clo 10 cc XXXV, ibidem, plag. V.

XXXXI.

de propagatione et gradibus peccati ori-
ginalis, auct. IO. FRID. LITZMANN *Neoruppin.*

m. april. c15 15 cc XXXV, ibidem, plag. VIII.

XXXII.

de PAULLO gentium apostolo contra THOM. MORGANUM, auct. CHRISTIAN. ERN. A WINDHEIM *m. mai. c15 15 cc XXXV, ex offic. Eman. Schneideri, plag. X.*

De quibus nihil admodum habeo, quod hic commemorem praeter hoc unum, duas tantum disputationes, quae loco XXXI et XXXV comparent, ad secundam classem pertinere; solam XXXVII ad tertiam; reliquas omnes ad quartam earum, in quas dissertationes meas supra dispergit.

Apparebit ex comparatione tabulae huius cum altero indice, quem exhibui, argumentorum opportune et utiliter disputandorum, harum dissertationum tres duntaxat, XXXVI, XXXVII et XXXVIII, aliis argumentis exinde non desuntis occupari, reliquas duodecim ex illa doctrinarum filia proposita tractationis materiam deponuisse; et vel singulas unum, vel unam alteramue duo simul argumenta disputasse atque adeo illorum locum vacuum fecisse. Dissertation enim XXVIII argumentum alterius indicis II tractat, diff. XXVIII arg. III, diff. XXX arg. I, diff. XXXI, arg. III, diff. XXXII arg. V, diff. XXXIII arg. VII, diff. XXXIII arg. LXVII, diff. XXXV arg. XX, diff. XXXVIII arg. XII, diff. XXXX arg.

arg. XXXXIII et XXXXIV, diss. XXXXI arg. LXI et LXII, et diss. XXXXII arg. VIII. Substituam igitur argumenta XLI alia in locum illorum, quae deceperunt, easdem leges fecutus, quas mihi supra praescripsi.

I.

de discrimine vitae asceticae, monasticae et anachoreticae apud veteres.

II.

de maronitarum monotheletismo.

III.

historia et vindiciae symboli athanafiani.

III.

de indole, numero et auctoritate conciliorum oecumenicorum.

V.

historia antinomorum et vetustiorum et recentiorum.

VI.

de confessionum scriptorumque symbolicorum in ecclesia necessitate et usu.

VII.

de discrimine praesentiae realis corporis et sanguinis Christi in sacra coena a consubstantiationis et impanationis opinionibus.

VIII.

de praesentia animae humanae et naturae diuinae Christi in sacra coena.

VIII.

de veris et falsis principiis efficiendi eccl-

siae alicuius successionem aequae ac communione et societatem sacram.

X.

de periculis rei sacrae et publicae ex arteriore hominum consociatione religiosa ultra limites communis doctrinae et cultus publici.

XI.

de cautione necessaria in querelis de disciplinae ecclesiasticae defectu instaurandaque desideriis.

XII.

de varia et pericolosa montanismi nostris temporibus instauratione.

XIII.

de valore ordinationis ministrorum ecclesiae extra ecclesiam.

XIV.

de usuris legitimis et illegitimis.

Pluribus lectores non fatigabo, neque si ab iteratis ad DEUM supplicationibus discessero, pro felici laborum academicorum successu eorum, quae olim scripsi, hic reperam quidquam. Dedi Halae ad Salam in acad.

Frideric. d. III. nouembr.

clo 15 cc xxxxv.

LIT.

LITTERAE ACADE- MICAЕ

AD SOLEMNIA

DISPVTATIONVM PVBLICARVM.

I. SVB PRAESIDIO MEO HABITA-
RVM, ET

II. ALIIS MODERANTIBVS DEFEN-
SARVM.

EPISTOLA XXVIII
AD DISPVTATIONEM XIII

P E

αναμετρησις

CHRISTI EIVSDEM QVE
NECESSITATE

AUCTORE

CAROL. LVD. HOEVEL

VERCHENS. MESOMARCH.

RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES,

Et si non sine molestia sentio, neque tu ignoras amicissime HOEVEL, quam hos maxime dies otio caream, facere tamen non possum quin curem ut litteras a me habeas, quas vel subito datas et incomtas plane malo quam nullas. In officiosus enim gnauiter et ab iniuria in amorem et studia tua proxime absfuturus mihi ipse viderer, si quam aliis in cathedram academicam a me deductis dedi publicam iudicii mei amorisque testificationem, ea te iam destituerem. Hoc certe inexcusatius in te a me recederem, quo plura habeo, quae

L 5

in

in te iure et merito laeter, ex animo probem, et magnificiam, tibique et mihi paene aequa gratuler. Vix enim, et ne sic quidem, mihi persuaderi patior, doctores suorum studiosos discipulis vñquam gratiore carioresque esse posse, quam experiundo didici hos illos sibi deuincire, illis acceptos esse ac fere dixerim de illis praeclarare mereri, si recte formantur, si doctrinae disciplinaeque, sanctioris inprimis, cupidi et amantes sunt, si faciles, auditos, veri rectique studiosos et tenaces se praebent, si fraeno magis quam calcaribus indigent, si bene proficiunt, si utilitati publicae et aeternitati vindicantur. In quibus, quos in meis numero, deoque accēptos retero, eum omnino locum occupas, ut molestissimae vitae pretium ferre credarem, felicesque praedicarem scholas meas, si auditores vel non admitterent, vel non dimitterent saltem, tui dissimiles. Ex quo familiarius mihi innotuisti, illico obseruauit ingenium animumque, in quo poliendo, litteris augendo et ad virtutem prouehendo neque incassum laboraretur neque male locaretur opera. Cui exspectationi te ipsum non defuisse, euentumque respondere iam impense laetor, idque ut ipse intelligas neminique obscurum sit, sedulo mihi prouidendum esse existimo. Atque haec voluptras

Iuptas ex TE capta effecit, ut stadium academicum emenso TIBI auctor suasorque fuerim, non discedendi ex hac virium contentione sine publico progressuum in bonis litteris et sanctiori doctrina factorum documento. Neque illius me consili i nunc poeniret, ita enim operam in argumento grauissimo elaborando positam mihi approbasti, vt satius duxerim sine retractatione TIBI reddere laborem TVVM, quam lituris et accessionibus eius quidquam meum facere: probabis etiam sine dubio aequis harum rerum arbitris. Conflictum solemnum TIBI praestarem secundum, si meis suppetiis opus fore putarem neque confiderem eundem TE futurum in publico certamine, qualem TE semper cognoui in priuatis commilitonum velitacionibus. Veniam tamen spectatum, et vt consuetudini magis quam necessitati fiat satis, comirabor TE in arenam, vt consiliorum in scribenda sic concertationum in defendenda disputatione particeps futurus. Bona verba pro effusissimo in TE amore meo scriberem plura; quam TIBI TVAque caufsa velim, et in posterum de TE sperem, copiosius significarem; officia de me reciperem; vota etiam pro salute TVA fructibusque ciuitatis sacrae ex TE capiens nuncuparem: nisi temporis angustiae et typographus morarum impatiens breuitatem

tatem extorquerent. Vale igitur, carissime HOEVEL, DEO a me commendatissimus,
et rem TVAM semper age feliciter meique
memor. Dedi Halae ad Salam in acad.

Frideric. prid. cal. Apr.

CIO 13 CC XXXX.

PISTOLA XXX
AD DISPVTACTIONEM XV
DE
**PECCATO IN SPIRITVM
SANCTVM**
AD DVCTVM LOCI CLASSICI *Hebr. VI, 4, 5, 6.*
AVCTORE
M. IO. SAM. HICHTEL
ANHALTINO
CLARISSIMO ARTIVM MAGISTRO DIS-
SERTATIONIS AVCTORI DOCTISSIMO
SAL. PLVR. DIC.
SIG. IAC. BAVMGARTEN.

Quae ad TE disputaturum publice a me
scribi mea TVAQUE referre putau,
tria fere sunt, atque et ad consilium TVVM,
et argumentum, et operam meam perti-
nent.

nen. Consilium, quod cepisti, vehementer etiam atque etiam probo et eo magis laudo, quo rarior illa cogitatio his temporibus cuiquam in mentem venire solet, ut stadium litterarum academicarum emensus, summos honores philosophicos consecutus, aliorum institutione exercitatus ad specimen academicum sanctioris doctrinae edendum animum appellat. Adeo nunc inualuit apud plerosque et studiorum praecipitatio morarum maturitatisque impatiensissima; et dissociatio philosophiae a theologia neutri honorifica, ut paucissimi illius opes et praefidia ad huius culturam referant, pauciores vero postquam illam docere coepérunt in hac tractanda operae pretium fieri existimant, quod olim frequentissimum fuisse neque male cessisse philosophiae doctoribus academicarum annales testatissimum faciunt. Quare hunc motrem antiquum vere tibi gratulor, atque ut laudabilis illius propositi nunquam te poeniteat non precor magis quam auguror et prouideo. Rectius certe otium Halense, post secessum Viadrinum et labores Ienenses, collocare non potuisses; quam explicando in luce academica doctrinam sanctiorem, qua aliquot annorum industria te locupletasti. Argumehium disputabis graue omnino, quod multorum iam exercuit solertiam, et in quo dogmaticae,

mea

moralis, et exegeticae eruditionis, atque adeo et philologiae sanctioris et philosophiae solidioris profectus una opera demonstrari possunt, quos lectoribus harum litterarum gnaris, ut spero approbabis. Elaborationis nihil plane mihi vindico, ipsius consili initi ante ignarus, quam scriptum mihi exhiberes plane consecutum, meumque in eius ventilatione publica praesidium exigeres. Cui voluntatis in me TVAE significacioni non defuturus elaborationem accurate perlegi, tibiique intactam reddidi sine liruris aut accessionibus, et quod illis carere posse facile mihi persuasi, et ut integrum certiusque permitteretur studiorum arbitris de doctrina tua iudicium, et quod denique non per omnia tecum sentio. Ipse enim optimè intelligis, non ynam esse omnium doctorum nostratum in hac doctrina sententiam, sed hanc veniam posci darique mutuam, ut non solum in interpretandis oraculis diuinis, quae ad eius fidem faciendam excitantur, verum etiam in ipsis doctrinæ, exegeticæ magis quam dogmaticæ, momentis determinandis a se inuicem dissideant, atque diuerso, ut loquimur, τρόπῳ πατοῖες vtantur. Quare quum tam locum epistolæ ad Hebræos, a TE explicatum, paullo aliter interpretari, quam ipsam peccati in spiritum sanctum notionem dogmaticam verissimam ab eiusdem notione biblica de pharisaicis usurpatæ distinx-

distinguere soleam, satius duxi meas cogitationes plane arcere, quam circulos tvos bene ductos interpellationibus perturbare. Hoc sane debo veri certique amori et conscientiae angustorum limitum, quibus scientia humana circumscribitur, ut quibusuis veritatis eruendae et stabiendi conatibus primus applaudam et eximie faueam, etiam si a meis sententiis discedatur, et mirifice laeter penitiorem discussionem rerum, quae in plures partes disputantur, qualem eruditissima TVA dissertatio exhibet. Habet igitur me de illa praecclare sentientem, licet de ipsa caussa quaedam alia sentiam, habebis etiam comitem et spectatorem conflictus publici, atque ut legibus academicis TVAEQUE voluntati satisfiat moderatorem partibus tvis non obfuturum. Plura de me recipere ipsumque patrocinium opesque ferendas spondem, quibus non destituerer in vindicanda sententia TVA, quam per se neque falsam, neque veri diffimelem esse arbitror, et egregie a TE exornatam deprehendo, nisi alia omnia praesagiret, mihiique orium et altum silentium praediceret satis explorata dexteritas, quaten in academia vicinatoties TE declarasse audiui, quoties ex cathedra philosophica huiusmodi conflictus et subiisti et ipse moderatus es. Quam ob rem, quod publice coram praestari officium vix opportune poterit, hic occupabo. Gratulor TIBI ea animi dona,

quae

quae diuinitus habes eximia, documenta
industriae et doctrinae bene multa, mentem
praecclare animatam, virtutis studium et optimam spēm,
quam omnibus fecisti, quibus
familiarius innotuisti, DEVMOQUE O. M.
deprecor, ut beneficia sua TIBI siveque ciuitati
perpetuet et salutaria esse iubeat. Officio-
fissimi amoris mei, quem TIBI breui tempore
apud nos transacto admodum deuinixisti,
quidquam desiderari non patiar. Vale et
rem tuam semper age rectissime. Dedi Ha-
lae propter Salam in academ. Fri-
deric. ipsis idibus Aug. anni
MDCCXXXX,

EPISTOLA XXXI
AD DISPVT. XVI,
DE
PIETATE MINISTRI EC-
CLESIAE
^{AB}
AVDITORE CAVTE EXAMINANDA
AUCTORE
GE. FRID. GERLING
IVENA POMFRANO:
VIRO

VIRO PLVRIMVM REVERENDO HONORA.

TISSIMOQVE

GERHARDO GERLINGIO

PASTORI IVENENSI MERITISSIMO

SAL. DIC. PLVR.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Quo dolentius deploro parentes, qui
spe de voluptate ex filiorum secessu a-
cademico capienda excidunt, atque tristissi-
mis nuntiis de illorum corruptione excruci-
antur, aegriusque illud litterarum commer-
cium subeo, ut rogatus de veritate rumoris
illaetabilis illos certiores faciam, in primissi-
fero nimis in partes vocor, ubi de salute filio-
rum fere conclamandum, aut vadimonium
differendum, aut aeris alieni rationes suppul-
tandae et expungendae sunt: eo laetior
scribendarum litterarum officio fungor, si
quae habeo, quae parentibus aequa ac mihi
vere gratuler. Sicut enim per mune-
ris rationes in societatem curarum tran-
seo, quae parentes de filiis in academia
bene formandis sollicitos tenent: ita etiam
ad dolorem et voluptatem eorundem non
occallui, sed vtramque hanc sortem meam
paene facio; posteriorem tamen, ut quod
res est fatear, lubentius et maiori plerum-
que iure, quam priorem. Effecerunt haec

VIR ADMOD. REVER. VT nullis a TE litteris

M

com-

compellatus has tamen ad te dandas estimauerim publice, quod in filio tuo domum iam reddituro cum eximio dexteritatis specimine insignem atque inuisitatem plane consequutus esse mihi videor materiam et multiplicis gratulationis et gratiarum tibi agendarum. Cui deesse nolui rem exemplo profuturam ratus. Ordinar a gratiarum actione, quam a me singularem meruisti dupliciter: et quod filium bene praeformatum, optimis litteris saluberrimisque monitis et consiliis instructum ad nos misisti, qua re dici non potest quam iuuetur et secundetur doctorum in academiis labor; et quod eundem quatuor integros annos in hac palaestra aluisti ita, ut neque studia praecipitare et arctius circumscribere, neque ingratus in quemquam aut grauis cuiquam et molestus esse necesse habuerit. Rariori hac munificentia, eo maioris facienda, quod eodem tempore et filium natu maiorem Regiomonte, et postremo anno duos natu minores in hac academia simul habuisti sustentandos, impensa quae multis te longe opulentioribus videri potuisset intolerabilis, non filium magis tibi deuinxisti pietate nemini certe concessurum, quam praeceptratores ipsius, qui experiundo intelligunt tunc demum ultra mediocritatem profici in bonis literis, si ad ingenium alacre, bonam mentem, diligentiam inde-

indefessam et assiduam laborum patientiam
accesserit sufficiens subsidiorum apparatus
et animus a curis et anxia vitae trahendae
sollicitudine vacuus. Hoc maiori igitur
merito **TVO** filium optimae spei **TIBI** gratu-
lor studiorum academicorum cursum lon-
giorem laudabiliter emensem, et publica
disputatione scholis nostris valedictorum.
Quantum elaborauit in sanctiori scientia
tractanda mihi obscurum esse nequit, cui
et dogmata sacra et controuersias, et mo-
rum doctrinam, et regulas interpretandi
Dei oracula, et praecepta sermonum sacro-
rum tradenti, et historiam ciuitatis chri-
stianae et antiquiores illius ritus, et origi-
nes fataque sectarum religiosarum enarra-
ti, et epistolas Pauli ad Romanos, Ephe-
sius, Philippenses, Colossenses, et Phile-
monem, Iacobi etiam, et partes euange-
liorum pro concione explicari solitas in-
terpretato, et examinibus disputationibus
que meos exercenti, eam operam dedit,
ut partium suarum quidquam a me deside-
rari passus haud fuerit. Neque reliquias
litteras his sanctioribus usui futuras negle-
xit, philosophiam omnem et mathemata
strenue coluit, linguis sacras familiares
sibi reddidit, neque recentiores, quibus
eruditii his temporibus aegre carent, igno-
rare voluit. Quantum ea virium conten-
tione profecerit **TIBI** approbabit omnibus-

M 2

que

que, quorum intererit penitus haec explorari in rem suam et publicae utilitatis communem. Disputationem, quam TIBI inscrisit, studio non retractauit sed ipsi plane nihil immutaram reddidi; ut et tibi acceptior iucundiorque esset, et omnibus harum rerum arbitris certius integrusque progressum ipsius constaret iudicium. Quod reliquum est DEVM o. m. deprecor, ut communi huic gaudio nostro perpetuitatem addat et maiora in dies atque maiora accessionum incrementa. De me sic existimes velim, si non male meritus sum de hoc filio, in duobus bonae frugis filiis, qui hic remanent fratrem aemulaturi, altero in primis sanctioribus studiis addicto, et quem praestolamur tertio, a me non discessurum. Ita vale masculae sobolis in locupletem spem adolescentis felix pater, de re sacra et familia diu bene merere, mihiique bene precare. Dedi Halae ad Salam in acad. Frider. prid. nonarum Septembr. anni 1500 CC XXXX.

EPISTOLA XXXII
AD DISPUTAT. XVII,
QUÆ
EXAMEN MIRACVLI LEGIO-
NIS FULMINATRICIS
CON-

CONTRA
THOM. WOOLSTONVM
EXHIBET
RESPONDENTE
MICH. NESTIO
RUGIANO.

VIRO ADMODVM REVERENDO ET HONO-
RATISSIMO
IACOBO NESTIO
ARTIVM MAGISTRO ET PASTORI
SCHWANTOVIENSI
S. P. D.
SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Ad binas litteras, quas a TE, VIR PLVRIM,
REVER. habui postremas, publice re-
spondere malui quam priuatum, vt et diu-
turnius silentium tarditatemque sic redime-
rem, et re ipsa significarem non studio-
sius me consuli a TE sollicitarique de filio
curae meae credito, quam elaborem, vt
quoad fieri potest maxime ipsi a me con-
sulatur, meique saltem testimonii commen-
datione de patronorum voluntate prospici-
atur. Exigit a me hoc quidquid est offi-
cii tam amicitia nostra, ex quo nobis in-

M 3 notui-

notuimus, diligenter culta, quam filii eximia indoles et virtus, qua mirifice delector. Licet enim neque terrae filios, qui in disciplinam meam concedunt, negligam, peculiarem tamen sollicitudinem illis debere probe sentio, qui a parentibus virisque de publica utilitate bene meritis vel coram vel per litteras mihi commendantur et in manus traduntur, ut exspectationi et fiduciae illorum satisfiat. Sedulo igitur prouidendum esse purauit ne fidei datae **TIBI**, quum filios huc adduceres ipse et prouidi patris partes studiissime expieres, mihique alterum sacris studiis addictum committeres formandum, immemor vñquam viderer, **TVISQUE** defideriis per litteras subinde iteratis deessem. Quod eo indignius futurum fuisset, quo maiorem de se spem fecerunt ambo filii, ingenii iuuenes, erectioris ingenii doctrinarumque salutarium cupidissimi, qui modestia moribusque verecundis boni cuiusuis amorem sibi facile conciliant. Is in primis, quem ob litterarum societatem meum reputo, laudabili virium contentione, obsequio, bonaे mentis studio, assidua industria, et praecoci profectuum accessione ita me sibi deuinxit, ut a me descendendum mihi esset, si illum non deamarem, fouerem, omniqe ratione ornarem. Sesquiannum, quem hic transegit ita collocata

locauit vt stadii cursusque litterarii plus confecerit, quam multi alii tempori du-
plo maiori ne destinant quidem. Omnes philosophiae partes studiose obiit, ma-
thesin vtramque puram et applicatam tra-
ctauit, codicis diuini vtriusque explicatio-
ni regulisque hebraicae linguae demon-
strandis operam dedit, in sanctiori autem
doctrina et dogmata sacra et controuer-
fiarum ambitum et interpretandi scientiam
et epistolarum ad Hebraeos ac vtriusque
ad Corinthios psalmorumque interpreta-
tionem et historiam sectarum religiosarum
audiuit, factosque progressus frequentibus
disputatoriis exercitiis mihi probauit. Quam
ob rem, quum e re ipsius fore intellige-
rem, vt publica disputatione in celebrita-
tem academicam prodiret, viriumque spe-
cimen ederet, neque hac in re ipsum de-
stituendum esse duxi. Elaborauerat qui-
dem ipse, vt dexteritatem pericitaretur
TE auctore meditationes DE SOLIDA PIETATE
dignas omnino, quae in lucem prodeant
aliquando, maluit tamen postea, quum com-
perisset parari a me aliquot disputationes,
vnam illarum defendere, ad sumtuum com-
pendium faciendum suamque elaboratio-
nem limarius retractandam. Primas igit-
ur ipsi detuli, dissertationumque antiwool-
stonianarum auspicia propugnanda tradi-
di, neque dubito fore, vt et eundem se

M 4

prae-

praefter in conflitu solemni, qualem in vē-
litationibus priuatis ipsum cognoui, et tri-
bi gnarisque rerum arbitris consilium stu-
diumque suum approbet. Argumentum,
quod disputabit, temporum, quae viui-
mus, necessitati accommodandum esse iudicaui.
Nemo enim rerum quae iam ge-
rantur ira ignarus erit, quin facile animad-
uertet quam opus sit seuerioris critices hi-
storiaeque christianaे antiquioris studio
nostris temporibus, quibus ciuitas sanctior
ab infensissimis hostibus, qui licet ipsi to-
to caelo a se dissideant in purioris tamen
doctrinae interitum egregie cōspirant,
his etiam armis impugnatur ex vtroque
latere, et quibus tum illegitimo quorun-
dam zelo et superstitioni periculosisssimae,
tum aliorum profanae incredulitati reique
christianaे omnis subuersioni, tum deni-
que agmini mixto hominum superstitionis-
rum et ad stuporem credulorum aequē ac
difficillimorum et contra solem pugnan-
tium obuiam procedendum est. Destinai
itaque has exercitationes acuendae nostro-
rum industriae, non solum in peruestigani-
dis insidiis hostium, qui doctrinam chri-
stianam eiurarunt, verum etiam in histo-
ria veruſtiore sacra eiusque subsidiis studio-
fius tractandis, ne han̄c partem eruditio-
nis sacrae contemtim habere videamur,
aut in ea aliarum partium hominibus con-
ceda-

cedamus. Quod reliquum est vir. admod.
REVER. filios in spem priuaram et publicam
adolescentes ex animo TIBI gratulor DEV-
que o. m. deprecor, vt tuis ipsorumque
rebus beneuole prouideat, multamque ex
illorum felicitate a TE voluptatem capi iu-
beat. Ita vale mihi que cupere perge. De-
di Halae ad Salam in acad. Frideric.
prid. Cal. Octobr, cccccc xxxx.

• EPISTOLA XXXIII
AD DISPVTACTIONEM XVIII,

DE

IN INFALLIBILITATE PON-
TIFICVM

ROMANORVM AYTOKATAKRITO

AUCTORE

GODFR. SCHÜTZ

ASCANIO HALBERST.

RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES,

Quo difficiliores habere soleo, qui me
conueniant de disputatione conscri-
benda

M 5

benda rationes inituri, ad deligendum argumentum historicum, in quo industria exerceant viresque periclitentur; siue conscientia studii historici negligentius habiti id fiat, siue ex praeconcepta opinione demonstrationi curatiori, quam deperire videntur, nullum in illo genere locum futurum, siue laboris impatientia molestioris sane vbi fila ex proprio ingenio aranearum instar duci nequeunt, siue, quod plus excusationis habet, otii, supellectilis litteriae et subsidiorum penuria: eo mihi iucundius acceptiusque fuit consilium TVVM, ORNATISSIME SCHÜTZI, quos in bonis litteris sanctioreque doctrina feceris progressus in argumendo ex historia sacra desumto ingeniorum arbitris approbandi, ipsumque harum litterarum usum in controuerssiis sanctioribus exemplo commonstrandi. Cuius non erit, mihi crede, ut TE vnquam poeniteat. Rectius profecto certiusque significare non potuisses, quam elaboraueris in recolenda rerum in populo DEI olim gestarum memoria, quam studiose tractaueris lites sacerrimas, quae ciuitatem CHRISTI turbarunt, quantumque valeas ingenio natura eximio et gnauirer culto, industria pertinaci laborumque tolerantissima atque iudicio intra sindonem exercirato et subacto. Elaborationem, quam mihi exhibuisti, retractaui quidem TVO rogatu nonnullis-

nullisque obseruationibus auxi, sed et be-
ne paucis et prout homini aliud agenti in-
numerisque cogitationibus distraecto atque
in mediis libris ob otii angustias a libro-
rum ope destituto, qualem me hos dies
fuisse ipse optime noris, in mentem veni-
re possunt: tota tamen **TVA** mansit, tibi-
que debebitur, si quid in illa lectoribus
placebit, cuius ordinem immutare, circu-
los turbare finesque amplificare nolui, two
deliderio modestissimo satisfieri ratus, si
cogitationes **TVAS** hinc inde determinatio-
res efficerem **TVASQUE** sententias confirma-
rem. Librum non disputationem scripsis-
ses, si praeter illa extantiora documenta
reliqua longius arcessere voluisses: vnicum
illud schisma magnum, ineunte saeculo
XV incredibili sumtu et labore imperato-
rum, regum et academiarum sublatum,
quod ecclesiam bicipitem, quid quod sa-
tis diu tricipitem reddiderat, ipsaque com-
ponendi haec dissidia ratio per confirma-
tionem omnium decretorum sententiarum-
que pontificum mutuis anathematibus in-
se inuicem desaeuientium; accurior prae-
terea bullarii romani peruestigatio; diuer-
sa pontificum studia vni alterie ordinis
monachorum fauentiora et infensora, et
his gemina plura, patentissimum campum
apertura fuissent, non sine caussae, quam
agis, vtilitate longius excurrendi; singu-
la

la denique, potiora saltem, commemorata
 exempla ab exceptionibus fortius vindicare
 potuisses facili negotio, si limites dis-
 putationis migrandi fuissent. Neque haec
 quisquam in specimine academico deside-
 rabit, aut laborem **TVM** ex iis dijudica-
 bit, quae praeterea dici scribique forte
 potuissent, sed ex eo, quam vere et appo-
 site, quae hic exhibes, tractaueris. Qua-
 re nihil iam relinquitur, quam ut has pri-
 mitias industriae publicas aequa ac omniem
 cursum academicum honeste, recte et felici-
 ter apud nos confectum, ipsamque spem,
 quam omnibus fecisti, operaे ciuitati sa-
 crae proficuae olim nauandae ex animo
 gratuler, DEVMQVE o. m. supplex venerer,
 ut non solum studiorum continuationem
 in illustri academia Lipsiensi pro insatia-
 bili proficiendi desiderio instituendam ex
 voto cedere, verum etiam omnia fausta et
 felicia **TIBI** euenire iubeat. De me sic ex-
 istimes valde velim, omni occasione data
 captaque operam me esse daturum ut in-
 telligas quanti apud me sit bona et erectior
 indoles eorum, qui in amicitiam fidemque
 meam se conferunt, et in quibus utilitati pu-
 blicae formandis non incassum laboratur,
 officiosissima voluntas in me **TVA**, et in-
 credibilis fructuum a **TE** ferendorum ex-
 spectatio. Ita vale in rem tuam et publi-
 cam,

eam, meque, si demerebor, non dilige,
sed amo. Dedi Halae in acad. Fride-
cic. d. xviii Oct. cīo iō cc xxxx.

EPISTOLA XXXIII
AD DISPVT. XVIII, SEV
**EXAMINIS MIRACVLI LEGI-
ONIS EVLMINATRICIS**
DISSERT. II.
DEFENSAM
A
IO. FRID. OPPERMAN
SUANEBECCA HALBERST.

R E S P O N D E N T I

S. P. D.
PRAESES.

Quaerenti mihi, quid ad **TE**, carissime
OPPERMAN, potissimum scriberem
praeter bona verba, vt consuetudini amo-
riique satisfacerem, illa cogitatio in men-
tem venit, bonine an mali plus attulerit ci-
uitati christiana, illisque, qui sacris ope-
rantur, eruditionis copia, vastumque lit-
terarum, illarum maxime, quas profanas

VO^s

vocant, studium. Videbor enim sine dubio nonnullis hoc labore, quem defendis, scribendique genere, ad illorum partes, qui litteris patrocinantur, nimium accedere, illamque caussam periculosam reique sacrae noxiā suscipere: ut omnino aliqua defensione opus esse arbitrer. Subducam igitur vtriusque opinionis rationes potiores, meamque sententiam aperte dicam, sed breuiter, ut epistolae conuenit, et ita ut in rem TVAM, TVIQUE similium, qui litteris cupiunt, cedere possit. Non destituuntur, fateor, speciosis argumentis, qui litteris diem dicunt, neque sollicitarem bonam plerorumque mentem, qui de eruditione, si non arcenda ex ciuitate CHRISTI, angustius tamen circumscribenda laborant. Ego sane, cum rei sacrae detrimenta considero, veteresque et recentiores populi CHRISTI calamitates animo colligo, atque non minimam per litteratissimos homines inuestigam video partem incommodorum; quibus ille affligitur; aureum vero saeculum priscae simplicitatis ad ciuitatis sacrae fundamenta iacienda limitesque prouehendos adeo proficuae ex puriore veritate repero; cum praeterea lustro pericula, quibus obiciuntur, qui vitam in his litteris atque ipsam animam consumunt, ac plerique vani, iactabundi, rixosi, ostentatores et irreligiosi eu-

dunt, cum irreparabili rei, quae vnicē necessaria fuerat, ipsiusque salutis iactura; atque tandem artem longam et vitam breuem contendo et mecum reproto, quam breui curraq̄ doctrina opus sit ad bene et beate viuendum moriendumque, ac rem diuinam feliciter curandam, quam facile et expeditum iter ad aeternitatem pateat, quam praestet quantique cuiusuis referat totum esse in rebus diuinis, DEVVM CHRISTVM que meditari solum, cogitationibus et deſideriis prosequi viuendoque referre: parum profecto abſum, quin et ipſe his litteris nuntium mirram, et omnibus, qui ſe mihi tradunt ciuitatis ſacrae commodis formandos, auctor ſuasorque existam eu- randi eruditionem praetereundique ſecure has difficultates et discriminā. Verum si ex altera parte, ut par est, et commoda animo obuersantur, quae litteratis hominibus ipſisque litteris debentur in re ſacra bene agenda feliciter prouehenda fortiterque vindicanda, et incommoda barbarie deplorandaque facies populi christiani per infelicissima ſaecula tenebrarum, quae in litterarum orbitate transfigenda fuerunt; si temeritatē intueor eorum, qui poſthabitis ſubſidiis ab ipſo DEO humano generi confeſſis, miracula deſiderant, prodigia affectant hominumque diuinitus actorum, quibus ad condendam CHRISTI ciuitatem

tatem opus omnino fuit, personam induunt, dum re carent; si cogito quam bene coeant seuerior virtus, pietatis in DEVVM ardor et ipsa genuina simplicitas, quae a stupiditate et vecordia differt, cum enixissimo litterarum studio, quantumque pro fit haec conspiratio ad rem sacram priuatam et publicam feliciter agendam, quam honorificum DEO, nobisque et aliis proficuum sit, vt eruditio nis quidquid est, CHRISTO vindicetur, litterae DEI caussa tractentur, ipsiusque gloriae vere consecrentur; si ad pericula ignorantiae desidiae et ignauiae respicio, feritatem, pertinaciam, credulitatem, superstitionem, inhumanitatem, animi impotentiam, officiorum neglectum omnemque familiam vitiorum, quae litterarum contemtus parit; si arctissimum vinculum animaduerto, quo litterae in vniuersum omnes, atque adeo et diuinæ cum humanis cohærent; si denique perpendo quam male consulatur mortali bus, rei sacrae honori que diuino, interdicendo harum litterarum vsu ciues CHRISTI, vt praesidia et ornamenta ingenii humani in hostium, hominum saltem negligentius in CHRIS I VM animatorum, possessionem transeant, atque his armis ciuitas sacra oppugnetur tantum nunquam pro ea pugnetur: non solum retrahor a præcipitando iudicio, verum etiam in hanc sententiam

tentiam ducor ut existimem, ardentissimum
religionis studium sine ingenii cultura litterisque ad rem sacram publice agendum
parum prodesse, eruditionem vero sine sa-
pientia, cuius initium timor Domini est,
laeve nimium obesse, prodesse nunquam,
doctoremque sacrum, si CHRISTO vult, eo
publicis commodis fructuosiorem esse quo
instructior est a litterarum praesidiis, si ir-
religiosus est eo fore perniciosiorum, quo
fuerit litterarum peritior. Atque hanc ob-
rem, quantum consilis, precibus, moni-
tis, institutione, exemplo effici potest, ex-
citatoria ingenia ciuitatis sacrae usibus di-
cata vrgeo, ut omnium principem curam
animaे gerant, DEO se vindicent, gratiae
ipsius per CHRISTVM sibi conciliatae certio-
res facti in eius familiaritatem se insinuent,
atque sic vere sapiant; deinde ut litteras
studiosissime tractent, ordine quidem, ne-
cessaria utilibus et haec iucundis praefe-
rendo, atque pro virium et opportunita-
tum ratione, nihil tamen ex omni eruditio-
nis ambitu, quod usui esse possit, pla-
ne negligant, bonas litteras, seueriores et
mansuetiores, humanitatem et elegantiam
prosequantur, neque vereantur ne nimium
proficiant; tandem vero ut in academiis
fundamenta eruditionis poni memi-
nerint, discique litterarum bene et felici-
ter tractandarum rationes, ipsa studia au-

N

tem

rem per omnem vitam esse continuanda:
 Longius me abripi sentio, carissime OPPER-
 MAN, neque facile finem inuenirem, si sin-
 gula haec exsequi vellem, quare ad TE re-
 deo, et tribus verbis officium expediam.
 Gratulor tibi cursum academicum ex vo-
 to confectum, ingenium excellens et po-
 litum, ardorem discendi progressusque
 factos, ipsumque conflictum, quo hanc
 dissertationem tueberis. DEVM O. M. de-
 precor, ut quam de TE concepi spem ab-
 unde impleas, disciplinae seuerioris, cui
 operam dedisti, salutares et vberimos fru-
 ctus et ipse capias et rei sacrae referas.
 De me recipio, ita me fore TVI amantis-
 sum, ut desidero, spero rogoque a TE
 amari absentisque rationem haberi conser-
 uarique memoriam. Dedi Halae propter
 Salam in acad. Frideric. d. xxii Oct.

CIC 10 CC XXXX.

PISTOLA XXXV
 AD DISPVTATIONEM XX,
 SEV VINDICIAS
 POTIORVM CHRISTI TESTIMONIORVM,
 QVIBVS
 SVPERIORITATEM PATRIS
 AFFIRMARE VIDETVR,
 CON-

CONTRA
NEO ARRIANOS ET INPRIMIS
THOM. CHVBBIVM
AUCTORE
I O. G E B H. P F E I L
MAGDEBURGENS.

AESTVMATISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S.

Quae ad te scribam absentem domum-
que profectum, ipse abituriens et
iter Berolinum parans, habeo sane pluri-
ma, breibus tamen expedienda. Primum
vehementer probo et consilium, quod ce-
pisti, conscribendae disputationis, et ope-
ram in peragenda re positam. In illo ma-
iores quidem aliorum partes fuerunt, quo-
rum apud te merito plurimum valet au-
ctoritas, quam TVAE, quae ad obsequii
gloriam paene redeunt omnes. Sed fa-
cit haec ratio, ut maioris a me fiat labor
TVVS. Sicut enim laudabilem proficuum
que, si quae alia, disputationum academi-
carum consuetudinem a bene multis ne-
gligentius haberi aegre fero, magnique

N 2 re-

referre ad litterarum incrementa existimo,
vt erectiora ingenia ex puluere academi-
co non dimittantur sine tirocinio publico
periculoque profectum et virium facto:
ita illos in primis aestimo, qui rationes suas
sic subducunt, vt a gloriolæ aucupandæ
vanitate abhorreat. Hanc vero operam
TVAM in tractando arguento grauissimo
collocatam quanti faciam, ipsa emenda-
tione satis, opinor, significavi. Inuenies
enim redux factus elaborationem, quanta
est, integrum TVAM typis exscriptam, non
quidem sine lituris, paucissimis tamen ad
contrahendum scriptum comparatis; fine
accessionibus certe meis TVARVMque
meditationum immutationibus, a quibus ita
mihi temperauit studio, vt nonnulla prae-
terierim in quibus non eadem prorsus
TEcum sentio, quod neque erronea sunt,
neque puriori doctrinae repugnant, ne-
que cum meis sententiis coire nequeunt.
Reliquis enim interpretationibus praefero
in primo oraculo a TE vindicato illorum
sententiam, qui vocem filii pro filio non
hominis sed DEI et patris quidem solius po-
sitam esse existimant, eamque ratione igno-
rationis commémoratae habita ad huma-
nam illius naturam referunt in exinanitio-
ne positam, cui ob vunionem personalem
haec denominatio aequa ac diuinae com-
petit, atque adeo illam ignorationem non
pro

pro simulata aut effectiua, sed vera et formaliter
habent, voluntaria tamen antecedenter et
per officii mediatorii rationes determinata. Atque hac ipsa restrictione haec sententia cum illorum opinione, quam TVAM
fecisti, conciliari potest, quum CHRISTVS in obeundis partibus mediatoris et prophetae theologia atque scientia, quam vocationis vocant theologi, usus sit, quae humanae naturae proprie inhaesit, finibusque mediatoriis ita attemperata fuit, ut
verae ignorantie locum reliquerit, sine qua ipsum fidei, luctantis inprimis, exercitium locum habere non potuisset. Verum de his, si redierimus uterque ad disputationem defendendam, coram plura. Destinaueram praeterea his litteris indicem librorum a neoarrianorum antesignanis conscriptorum, quorum Anglia in primis, ingeniiorum sentiendi libertate gaudenter abusorum feracissima, insignem prouentum tulit, ne in vindicanda divinitate res domini, grauissimaque de trinitate doctrina, vel ignorentur et praetereantur pernitus, vel cum Socinianis, ut perperam fieri solet, confundantur, a quibus totum systemate dissident. Sed quod prouideo, si vel scriptorum a nefariae sectae triumuiris WILH. WHISTONO, THOMA EMLYNO et THOM. CHUBBIO editorum, quotquot possideo, censum agere, iisque libros a SAM.

CLARKIO ad eundem errorem subtilius ramen et speciosius defendendum conscriptos adiungere vellem, aliquot paginis opus fore, eo labore nunc supersedere malo, quam prolixiori epistola dissertationem aequare. Quare, quod reliquum est, bonis verbis officioque paucis defungar. Ingenium excitatum litterisque perpolitum, bonam mentem aduersus DEVVM optimè animatam, felicem studii academicī decursum, progressus in omni doctrinārum theologo profuturarum genere factos, ipsamque bonorum de TE spem ex animo TIBI gratulor, Deumque o. m. supplex veneror, ut his donis suis et perpetuitatem et maiora in dies atque maiora accessionum incrementa adiiciat, vberrimosque et salutares laborum fructus tam capi a TE in rem TVAM, quam ciuitati sacrae ferri iubeat. Ita vale, DEO, patriae, bonis litteris, TVIS, TIBI, mihiique diu viue feliciter. d. V. Apr.

CICERO XXXXL

EPISTOLA XXXVI
AD DISPV T. XXI, SEV
EXAMINIS MIR, LEG.
FVLMIN.

DISS. III

RE-

RESPONDENTE
ARETIN. ISR. BANDELOW
MAGDEB.

AESTIMATISS. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Primus prodis in arenam publicam ex palaestra domestica, quae hanc aestatem exercitatum te vna cum delectis com-militonibus tenuit, atque etiamdum exerceret. Quorum hic censum agam, ut et tibi mihi que memoriam gratissimi temporis in doctrinis sacris curatius disputandis consumti prospiciam, et opportunitatem nanciscar publice praedicandi ingenia exercitatoria, virium contentionem, proficiendi que ardorem, quem mihi approbarunt, non quidem omnes aequalem, singuli ramen laudabilem. Si a te discesseris, hi sunt, ex litterarum ordine dispositi: MAGNVS ALOPÆVS Wiburgo Finnus, ANDR. ARENDVS Holsatus, GE. HENR. BORZ Prussius, IO. GOTTLIEB CALOV Writzenis Meso-March. DETHLEV CHEMNITIVS Holsatus, CHRISTI. CHRISTO. CLAVSIUS Frohsa-Magdeb. MARCVS CLODIVS Danus, ERICVS COLSTRVP Norwagus, IO. FRID. DANNEIL Quedlinb. FRID. THOM.

N 4

FORST-

FORSTMAN Westphalus, CHRIST. FRID. IERICHO
 Wettinensis-Magdeb. IO. LVD. KEMPE Fri-
 sius, IO. NIC. KIRCHHOFF Magdeb. IO. HENR.
 MEYENBERG Clausthalia Hannouer. CHRIST.
 IAC. NEVMEYER Magdeb. GARRELT CONR. POP-
 PEN Aurica. Fris. M. IO. BARTH. RIEDERER
 Noricus, HENR. IO. SACHSENSCHE Elsalim-
 burgensis, GE. DAV. SAHLER Montisbelgar-
 densis, THEOD. WILH. SCHULZE Tremontianus,
 CHRISTO. IOS. SUCRO Regiom. Marchicus,
 CHRIST. WILH. WEISSENBORN Pomera-
 nius. Habes nomina hominum, in qui-
 bus bene multi ad praeclara quaeuis eni-
 tuntur, quorumque nonnulli breui TE ex-
 cipient in cathedra tirocinia publica pos-
 fituri. Aemulaberis illorum industriam et
 progressus, atque ut morum integritate,
 bonae mentis studio et laborum assiduita-
 te alii exemplo fuisti, ita in posterum TI-
 BI constabis, et optimam spem, quam pa-
 tronis, praceptoribus, TVISQUE fecisti,
 sustinebis ac superabis. Quod iussus a
 sanctiore regiminis Magdeburgici curia,
 legum regiarum de alumnorum publico-
 rum speciminibus academicis obseruantis-
 sima, ante ultima stipendia disputabis, v-
 trique nostrum labor properandus fuit, oc-
 cupationum aliarum varietate distractis.
 In publico conflictu partes TVAS recte obi-
 bis, neque ego meis deero, ut defensio-
 nem facilem TIBI et securam praestem.

Re:

Reditum in patriam, quem meditaris, pre-
cor auspicatissimum. Faxit DEVS O. M. ut
in summa ingeniorum ciuitati sacrae pro-
futurorum difficultate bonae frugis iuue-
nes litterarum studia feliciter tractent,
omnesque, qui ingenio et litteris valent,
causae diuinae vindicentur, tvque inpri-
mis laborum fructus capias e re TVA et
utilitati publicae feras vberrimos. Dedi

Halae ad Salam in acad. Frid. d. xvii

Aug. CC XXXXII.

EPISTOLA XXXVII

AD DISPUT. XXII, SEV

EXAMEN SENTENTIAE VE-
TERVM CHRISTIANORVM

DE

MILITIA

AVCT.

IO. GOTTLIEB CALOV

WRITZENS. MESOMARCH.

AESTVMATISS. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Reddo TIBI disputationem a me pror-
sus non immutatam, non quod per
N 5 omnia

omnia TECUM eadem sentiam, aut illam
 emendationibus perfici accessionibusque
 locupletari posse non existimem; sed quod
 tempore intercludor, et ipsis dissertatio-
 nis academicae limitibus circumscribor,
 TVAS praeterea meditationes sufficere ar-
 bitror ad tirocinium publice ponendum
 industriamque et ingenium lectoribus ap-
 probandum. Ne tamen TVAM et lector-
 rum exspectationem destituam, haec duo
 agam. *Primum* breuiter significabo, quo-
 modo rationes subducturus fuisssem, si la-
 borem TVVM curatius retractare, aut idem
 argumentum vberius persequi voluisse;
deinde primas lineas ducam accessionum
 illis profuturarum, quibus hanc partem
 historiae antiquioris penitus examinari e-
 re purioris doctrinae ipsiusque ciuitatis
 sacrae esse videbitur. In *priori* negotio
primam scriptionis sectionem nihil mora-
 bor, quod et viam tantum pandit ad prin-
 ceps argumentum, et ordinem a TE ob-
 seruatum non improbo, et alia occasione
 eadem tractare soleo, vbi vel compendii
 mei theologiae moralis §§. CLXXXI.
 CLXXXIII et CLXXXX explico et con-
 firmo, vel controversias sacras in doctrina
 de magistratu discutio, vnde apud au-
 ditores sententia mea facile constabit, si
 qua in re demonstrationes et vindiciae
 meae a TVIS dissident. *Alteram* autem se-
 ctio-

ctionem ita informasse, si id mihi sum-
fissem, ut in vtraque testimoniorum vete-
rum classe tam illorum, qui militia christia-
nos interdicere videntur, quam eorum,
qui illam approbant, primum peculiares
doctorum sententiae, deinde publica con-
ciliarum decreta, et rerum tandem gesta-
rum documenta ad temporum ordinem
disposita comparerent, singulorumque fi-
des fieret excitatis scriptorum libris, ca-
pitibus editionumque paginis, recitatis-
que ipsis ybique auctorum græccorum ae-
que ac latinorum verbis, subditiorum et
iam librorum testimonia a nonnullis alle-
gata a genuinis distinguerentur, numerus-
que maior sententiarum vtriusque partis
ex quatuor primis saeculis produceretur.
In *tertia* denique sectione primum ope-
ram edidisse, ut veterum rei militari in-
fensorum opinionibus ad certas classes re-
uocatis sua singulis sententia indubie con-
stitisset; deinde conciliationem diuersa-
rum sententiarum tentasse, inprimis si
qui scriptores a se metipsis discedere vi-
dentur; postea erroneae opinionis fontes
perquisiuisse; et ipsam demum doctrinam
antiquitatemque christianam ab erro-
re vindicasse. In quibus facile cuius
apparebit non solum iniquius factum iri
tecum, si quis haec omnia a TE exigere
vellet, quæ maiorem adminiculorum ap-

para-

paratum, diuturnius otium, et frequen-
tiorem scriptorum antiquorum usum re-
quirunt, quam in academiis locum habet;
verum etiam a me exspectandum non fu-
isse, ut qui consilium dederim opem fer-
rem ipsamque rem praestarem, quod hic
saltē fieri non potuisse, nisi disputatio-
nem tuam meam efficere, atque in librum
haud exiguum transmutare abiturientique
moram iniicere voluisse. *Posteriorius*, quod
recepī, negotium ita exsequar, ut tam scri-
ptores commemorem potiores, qui hoc
argumentum disputarunt mihique nunc in
mentem veniunt; quam opiniones praecipuas
recenseam, quibus comprehendi
potest quidquid veteres contra rem mili-
tarem pronunciarunt. Inter illos qui an-
tiquitati christianaē hanc opinionem tri-
buerunt eminent triumiri ROB. BARCLAY in
the apology for the true christian divinity prop.
XV. §. XIII operum an. CIO IO CLXXXII editorum p. DLVIII, GODFR. ARNOLD *in der wahren Abbildung der ersten christen lib.* V.
cap. V. editionis, quae cum praefatione
mea prodiit, p. DCXXXIII ad DCLII,
et WALTH. MOYLE in *disceptatione de miraculo*, quod legio fulminatrix olim fecisse dicitur
versionis latinae, quae in celeberr. IO. LAVR.
MOSHEMI *dissertationum ad sanctiores disciplinas*
pertinentium *syntagmate* exstat p. DCXXXII
etc., DCLXXXII ad DCCXXX, arque p.
DCCXXXVI

DCCXXXVI etc. quibuscum conferendus est 10. BARBEYRAC tam in praefatione ad versionem gallicam operis *puffendorfiani de iure naturae et gentium* edit. c. 10 CCVI p. XXIII etc. quam irresponsione ad CEILLERIVM s. *traité de la morale des peres de l'eglise* c. VI. §. VI ad XVIII, c. VI §. XX, c. VIII §. III etc. et c. XI §. II, ut Socinianos præteream, qui opinioni suae auctoritatem antiquitatis christianaæ passim prætendunt, licet adhuc excitatorum industriam in conquirendis veterum sententiis non aequent. In vindicanda veritate christiana a communis illius sententiae accusatione, discutiendisque scriptorum locis elaborarunt DION. PETAVIUS *dogm. theol.* tom. III. *diss. eccl.* li. II. c. II edit. Clerici p. CLXXXVIII, HV. GROTIUS *de iure belli et pacis* li. I. c. II. §. VII. VIII edit. c. 10 XXXXVI p. XXII ad XXXXV. LVD. THOMASSINVS *vet. et nou. eccl. discipl. part. II.* li. I. c. LXVI §. II ad XVI. XX. XXVI cap. LXX §. I etc. c. LXXV §. II et part. III. li. III. c. XXXXIII et XXXXV, 10S. BINGHAM *origg. eccl.* li. XI c. V §. X, lib. III c. III §. I. et lib. VII c. III §. I. atque PET. KINGIVS in responsionibus ad MOYLH obiectiones loc. supra citato p. DCLIII etc. et DCCXXXVI, quibus addi possunt WILH. CAVE *erstes christenum* p. I. c. III. p. XXXXIII. BALT. EBELII *antiquis eccl.* trium saec. prim. p. DCCCLXXX etc.

et

et saec. IIII tom. II. p. CCCCLXXXIII etc.
HERM. WITSII diatr. de leg. fulm. christ. quae
libro de decem tribub. israel adiecta est §.
XXXII etc. ROB. BELLARMINI *disputationum*
tom. II. lib. III. c. XIII etc. ut systematum
dogmaticorum eorumque, qui vel BAR-
CLAIVM, vel Socinianos curatius confuta-
runt, SCHERZERI in primis atque CALOVII
mentionem non faciam. Postquam ho-
rum omnium in vtramque partem dispu-
tationes examinaui, videor mihi veterum
sententias ad improbandam rem milita-
rem excitari solitas in quatuor classes re-
digere posse. In *prima* colloco, qui gra-
uiter in vindictam priuatam, bella illegiti-
ma, atque insatiabilem sanguinis fundendi
saeuiendique in debiliores libidinem inue-
cti sunt, atque inhumanam hanc feritatem
doctrina christiana debellari docuerunt.
Ad *secundum* refero, qui demonstratum iue-
runt doctrinam christianam non solum
bella non inferre, christique ciuitatem ar-
mis neque propagari, neque defendi, sed
omnem etiam bellorum necessitatem legi-
timorumque occasionem praescindere ad-
uersus eos, qui illam recte obseruant, at-
que adeo neminem per leges Christi re-
gulasque societatis christianaee ad arma ca-
pienda obligari, licet aliis officiis natura-
libus societatumque humanarum, et do-
mesticarum, et ciuilium, a Christo non
euer-

euersis sed confirmatis et stabilitis ad bellum gerendum subinde obligetur: quod in Israelitis aliter se habebat, vbi societas religiosa cum ciuili et republica arctissime cohaerebat. Ad *tertiam* pertinent, qui militiam innumeris peccandi periculis circumseptam atque a religionum et perfectionis studio alienam christiano salutis prouehendae cupido minus conuenire et proinde tum plane voluntariam militiam illicitam esse, tum in vniuersum omnem, quoad fieri possit, fugi debere, tum denique sacris publicis milites admouendos haud esse sine praeuia exploratione et disciplina seueriore existimarunt. *Quartam* efficiunt, qui omnem militiam christianis indignam illicitamque pronunciarunt, ob quaedam oracula diuina de sanguine non fundendo, malorum iniuriarumque patientia, atque iurisiurandi religione perperam intellecta, studiumque enixissimum fugiendo vel ipsam speciem communionis diuinatum fictarum. Prima et secunda sententia facilime cuius approbabitur doctrinae christianaee gnaro et studioso. Tertia haud difficulter excusari potest. *Quartae* opinionis licet falsae et erroneae patroni facilius excusantur, quam qui oppositum errorem errarunt, atque bella religiosa in ciuitatem christianam inuexerunt deique caussam ac sanctiorem disciplinam ar-

mis

mis' caedibusque amplificatum iuerunt.
 Verum ne epistolae vel prolixissimae limites migrem, hic pedem figo, tibique, quod reliquum est, et decursum laborum academicorum confectum, et doctrinam comparatam, et documentum hoc diligentiae sollempne ex animo gratulor, atque D^EV^M O. M. praesentem propitiumque compreccor, ut ipsi vindicatus per omnem vitam rem TVAM rectissime agas, et ciuitati sacrae inferuias feliciter. Faxit idem benignissimum numen pacis et salutis mortaliuum amantissimum, ut temporibus his pericolosissimis multae et frequentes supplicationes fiant precesque ardentes fundantur pro regibus et magistratibus, quo tranquillam et quietam viram religiose et honeste agamus. Vale. Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric. d. VIII Oct.

CICIO CC XXXXI.

EPISTOLA XXXVIII
 AD DISPUTATIONEM XXIII,
 DE
**IMPUTATIONE PECCATI A-
 DAMITICI POSTERIS
 FACTA**

AVCT.

AVCT.

STEPH. CHRISTOPH. LENTZE
OSTERBURGO PALAEOMARCH.

AESTVMATISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Destinaueram huic epistolae spicilegium historicum, quo ostenderem sententiam a TE, carissime LENTZI, propugnatam inter pontificios aequa ac nostrates et reformatos doctores communiter quidem receptam esse dominarique, nunquam tamen ita communem euasisse, ut per partium vniuersarum symbola confirmaretur et opposita proscriberetur. De pontificiis vtrumque effecisset ex historia tam litium inter scholasticos agitatarum, quam concertationum, quas cum primis doctoribus nostris et ipsi inter se habuerunt Tridenti de peccato originis eiusque natura et propagatione definienda. De nostra ecclesia idem evictum dedisset cum silentio confessionum publicarum, tum testimoniis theologorum bene multorum, inprimis Würtenbergensium, sine haereseos suspitione infrequentiori opinioni patrocina-

O torum.

torum. De reformata ecclesia id common-
strasse tum historia controversiarum,
quas theologia foederalis peperit, in Bel-
gio maxime, tum decretis synodi ecclesiae
gallicae XXVIII seu Iuliodunensis an.
cic 1616 CLX habitae, vbi condemnatio senten-
tiae 10s. PLACAEI a synodo Carentoniensi
III anni cic 1644 facta ita retractata
et mitigata fuit, ut eius copia fieret iterum,
tum ipsis dissidiis, quibus formula consen-
sus in Heluetia et opposita fuit et occasio-
nem dedit. Verum perspecta dissertatio-
nis TVAE magnitudine, in quam excreuit
licet minutioribus typis exscriberetur, con-
silium mutavi veritus ne vel argumento
deesse, vel librum iam satis amplum ul-
tra mediocritatem tirociniorum academi-
corum prolixius augerem, vel saltem de
temer ipso aut nihil omnino aut pauca ni-
mis scriberem. Quod ipse eo aegrius fer-
rem, quo plura in TE habeo, quae Deo ac-
cepta referam, TIBI gratuler, mihi gau-
deam, aliis exemplo proponam. Ipsa
enim in tanta hominum sanctiori discipli-
nae consecratorum abundantia incredibilis
paucitas utilitati publicae profuturorum et
a corruptione academica immunium effi-
cit, ut DEI beneficia minoris, quam par-
est, facere nec digne collocare mihi ipse
viderer, si TE TVIQUE similes data oppor-
tunitate publici testimonii sine iudicii mei
volupta-

voluptatisque significatione dimitterem.
Non commemorabo gratum et officiosum
in me amorem TVVM, qui etiam si gratiam
meretur, quod in auditoribus rarus admo-
dum est illis etiam, qui non facultate sed
voluntate destituuntur, eam cerre TIBI non
conciliasset, qua apud me vales, si solus
fuisset. Longe enim maioris duco, quae
in spe fructuum et emolumenti publici
animo praecipienda momentum trahunt,
et bonae mentis studium et indefessam vi-
rium contentionem felicemque in litteris
rite ac gnauiter tractandis progressionem.
Vtriusque rationes a TE initas mihi appro-
basti. Ex quo familiarius mihi innotuisti
animum TVVM deamaui non solum hone-
statis studiosum, quam tamen in academe-
niis quorusquisque sectatur, si sui iuris est,
neque rerum omnium inopia premitur?
verum etiam DEO vere et religiose deuo-
tum, CHRISTIQUE cupidum atque de salute
et sua et aliorum sollicitum. Neque se-
gnior fuisti in litterarum studiis, quae
CHRISTI amore et consecrantur et vrgentur
feliciter. Ut aliorum auditiones praere-
ream, quibus sedulam operam dedisti ad
propaedeumata in primis tractanda et lin-
guas sanctiores, philosophiam ac mathe-
matis imbibendum: per singulas sanctioris
disciplinae partes studiosissime obeundas
me habuisti industriae moderatorem et

O 2

te-

testem, quem quascunque praeiuerim sa-
crautoris scientiae doctrinas attentione di-
lignantia promptoque obsequio nusquam de-
stituisti. Siue enim dogmatum sanctorum
scientiam exponerem, siue animi morum-
que formandorum praecepta traderem,
siue controuersias theologicas excuterem,
siue in formando et interprete sacrarum
litterarum et oratore sacro elaborarem,
siue libros diuinitus scriptos interpretarer,
siue antiquitates christianas omnemque ci-
uitatis sanctioris historiam enarrarem, siue
notitiam theologiae litterariam explicarem,
siue disputationibus proiectiores exerce-
rem: vbique TE laetus perspexi expeditum
viae comitem neque itinera praecipitanter
deproperantem neque longioribus inter-
uallis pone relictum, fidumque commu-
nium laborum suo singulorum ordine et
tempore susceptorum solum, consiliorum
et monitorum cupidum pariter ac obser-
uantissimum. Quantum profeceris hac di-
lignantiae assiduitate tres annos et dimidium
continuata, vt mihi aliunde iam constitutit,
sic laetor disputatione tua publice iam de-
claratum iri. Arduum er difficile argu-
mentum ita tractasti vt plurium scientia-
rum haud dubia dederis documenta, sine
ulla emendationum aut accessionum mea-
rum ope. Neque dubito quin in conflictu
solemni dexteritatem tua defendendi omni-
bus

bus sis probaturus. Quam ob rem haec omnia vere et ex animo TIBI gratulor, DEI O. M. consuetudinem felicitatis per omnem vitam ipsamque aeternitatem fontem et praesidium certissimum, vitae academicae bene transactae conscientiam, progressus in litterarum studiis factos et bonorum, qui TE norunt, spem ac vota concepta. Fruere nunc his DEI donis in rem TVAM, quantum numini indulgentissimo debeas nunquam immemor. Vindica doctrinam, operam, vitam, TE ipsum CHRISTO immortaliter de TE merito. Virtutis sanctioris tramitem, quem ingressus es, stadiumque laborum TIBI demandandorum sancte et religiose decurre, quoad viues, monitore etiam et moderatore destitutus. Atque sic DEO, patriae, ciuitati sacrae, bonis litteris, parenti maxime venerando, familiiae amplissimae, amicis et mihi diu viue feliciter. Vale. Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric, postridie calendar. Ian.

anni CICICCC XXXXII.

EPISTOLA XXXVIII
AD DISPUT. XXIIII, SEV
VINDICIAS TEXTVS GRAECI
NOVI TESTAMENTI

O 3

CON-

CONTRA
IO. HARDVINVM
 A U C T.
M. CHRIST. FRID. CURTIO
 RETZOUIA MESOMARCH.

CLARISSIMO ARTIVM MAGISTRO
 CHRIST. FRID. CVRTIO,
 DISPVITATIONIS ANTIHARDVINIANAE AVCTORI

S. P. D.
 PRAESES.

Quamuis adeò ferax sit tempus nostrum
 ingeniorum errorumque portentosorum
 aequa ac perniciosorum, ut nulli prae-
 gressorum illaetabili hoc monstrorum pro-
 uentu ceda: haud tamen facile hominem
 tulit opinionibus monstrosiorem **io. HAR-**
DVINO, qui quum in orbe eruditio litteris,
 a quibus instructissimus fuit, excellere potu-
 isset, prodigiosa errandi proterua incla-
 rescere, meritisque suis indelebilem macu-
 lam obducere maluit. Non commemorabo
 nunc reliqua portenta sententiarum in
 omnem antiquitatem historiamque inquisi-
 simarum, nihil omnino facienda si con-
 tendantur cum perditissimo foetu posthu-
 mo *commentario in nouum testamentum erro-*
re que

reque capitali et flagitioso commutandi textum librorum diuinitus scriptorum in versionem auctore destitutam innumerasseque interpolationes passam, atque adeo fide prorsus indignam. Quo certe neque irreligiosius, neque impudentius, neque veridissimilius, et a sana mente alienius excogitari quidquam potuit, ab homine religionem mentito, litterarum non ignorassimo et sui compote. Licet enim *latinac* editioni vulgatae auctoritatem textui graeco detraetam tribuere velle videatur: nemini tamen rem ipsam, immo vero ne animum quidem hunc persuadebit, qui reputauerit et iisdem armis longe facilius debellari posse auctoritatem integritatemque *latinac* versionis, et in eius conditio-
ne, qualis iam est, constituenda rem o-
mnem ad hominum pontificisque *romani*
arbitrium rediisse, et HARDVINVM haec igno-
rare non potuisse, nihilo tamen fecius has
difficultates moroso et inexcusabili silentio
praeteriisse. Si hoc non est arcem doctri-
nae christianaee inuadere, eiusque funda-
menta subruere: non erit, vt qui ipsi vo-
lunt periculosas insidias oppugnationesque
vnquam vereantur. Non quidem effu-
giet, opinor, liber, licet senatori romano
purpurato PET. TENCINIO inscriptus, ma-
gistratum sacrorum ciuitatis romanae cen-
suram, qui sine dubio, si sapiunt neque

O 4

im-

imprudentes sunt, hanc impietatem gra-
uiter vlciscentur omnique seueritate, quam
in opiniones hominum ipsamque mortuo-
rum memoriam exercent, in hoc scelus
animaduertent, ne, si inultum feratur, im-
punitatem pariat conuellendi quidquid
christianis sacratissimum est. Nobis vero,
qui probe intelligimus his fulminibus ne-
que caussam dei agi, neque errores pro-
scribi, rationibus argumentisque prouiden-
dum est, ne quid exinde detrimenti capiat
res sacra. Nam licet facile speremus, eo-
rum qui vel HARDVINVM norunt, vel hanc
eius sententiam rite examinant, neque a
litteris et ratione derelinquuntur, ad assen-
sum pertractum iri neminem: verendum
tamen est, ne profani sacrorum christia-
norum hostes magni faciant opinionem
auctoritatemque hominis, eaque mirifice
efferantur ad oracula diuina securius et
speciosius irridenda, traducendamque illo-
rum simplicitatem, qui libro incerto sub-
lestae fidei et subditio veri certique arbit-
rium deferunt; nisi mature obuiam eatur
errori, profligatusque indignationi, quam
meretur, contemtuique exponatur. Nullus
igitur dubito, quin disputationem TVAM,
clarissime artium magister, omnibus, qui
doctrinae christianaee cupiunt, sis appro-
baturus, in qua conscribenda praeter con-
sili librorumque communicationem partes
meae

meae fuerunt nullae. Satius enim duxi scriptum, breui quidem tempore sed studeo se confectum, integrum TIBI relinquere quam litoris accessionibusque meis circulos TVOS turbare, mihiique aliquam eius partem vindicare. Neque huic epistolae quidquam destinavi, quo ille labor TVVS locupletetur, praeter breve examen sententiae quorundam de MARCI euangelio non graece sed latine scripto, quod errori HAR- DVINIANO omnino velificatur, atque in solicitanda auctoritate librorum diuinitus scriptorum cum eodem eximie conspirat. Redibit illud examen ad tria haec capita, ut exemplum *venetianum* et *pragense* diuidetur; deinde in reliquas rationes inquiratur, quibus caussa latinae scriptionis illius euangelii agitur; et tandem momentum quaestionis constituatur. Ordior a codice *veneto*, qui huic sententiae omnium maxime praetenditur, atque subinde occasionem praebet instaurandi illam disquisitionem, qua alias secure supersederetur. Vbi admodum facilis largior, partem illius duorum scaporum seu quaternorum *Pragae* seruari a NICOLAO *aquileiensi* patriarcha CAROLO III fratri donatos, quod tam an. MCCCLIII factum est, quo iter in *Itiam* ad coronam a manu legati pontificis *Romae* accipiendam accidit, non an. LVII, quo litterae NICOLAI datae fuerunt,

O 5

ne-

neque *Aquileiae* sed *Vtini*, quorsum *Aquileia* diruta sedes praefulsi dudum translata fuderat; reliquos quinque an. c^occccxx non *Aquileia* metu obsidionis, quae eo tempore locum habere aut metui non potuit, neque *Vtino* sed ex *foro Iulii*, quo peruenierat, *VENETIAS* translatos ostendi, quod non solum litteris *NICOLAI aquileiensis* efficitur, quas perillustris academiae cancellarius tom. V. *reliquiarum lib. III. num. LXV. p. DLXXXIII* iterumque *ephemeridum balensium num. VI p. LXXXVII* publicauit, ipsiusque CAROLI III litteris in *actis sanctorum antwerp. ad d. XXV Apr. obuiis*: verum etiam solemni et sollicita collatione euidetur est, quam FERDINANDVS archidux, FERDINANDI I imperatoris filius, *Pragae* tunc aliquot annos commoratus a senatu Veneto obtinuit an. c^oio LXIII per FRANCISCVM A TVRRE, patris ad *Venetos* legatum, qui codicis iam adeo corrupti, ut neque describi neque numerus scaporum et foliorum, quibus constaret, iniri potuerit, vnius folii exemplar cum papyri forma et colore exacte depictis *Pragam* transmisit, cuius negotii publice gesti historiam enarrat IVL. FONTANINI epist. ad BERNH. DE MONT-EAVCON huius *diario italico* inserta p. LVI etc. Celebris autem illius codicis *veneti* fide longe dignioris particula *pragensi*, ob frequentiores direptiones, quibus PRAGA saec.

XV

XV in turbis *bussiticis* atque recentioribus
saec. XVII obnoxia fuit, atque ad quem
saec. XVI ut certiores ipsum *pragense* ex-
emplar reuerentiae et auctoritati restituendu-
mum exigi debuit, uestigatio adeo cura-
te et sollicite iam facta est, ut nihil nunc
amplius desiderari iure queat, sed ope-
ram perderet, qui post **MONTFAVCONII** et
SCIPIONIS MAFFEI oculatissimorum sane et
regularum criticarum, si quisquam alias,
peritissimorum, neque in diiudicandis co-
dicibus inexercitatorum exactissimam re-
rum omnium disquisitionem vel ab illis
praeterita obseruatum, vel eorundem fi-
dem et sagacissimam dexteritatem sollici-
tatum iret. Dubium quidem fecerant **GILB.**
BVRNETVS *litteris itinerar.* part. II. p.
CCCXXXI, et **IO. MABILLONIVS** *itineris ita-
lici* p. **XXXII** vtrum eius inspiciendi copia
cuiquam fieret, sed contrarium docuerunt
et illi duumiri iam excirati et **MAX. MISSO-**
NIVS *itineris italicici tom. I* p. **CCXI** etc. et
recentissimus **IO. GE. KEYSSLERVS** *itinerum*
tom. II. p. **DCCCI** etc. qui oculis usurpa-
runt librum, de quo tamen non eadem fin-
guli perhibent. **MISSONIVS** vocem **KATA**
indubie graecam, litterasque **Δ** et **Σ** *latinis*
incognitas in ruderibus situ deletae et exe-
sae scriptio deprehendisse sibi visus est,
atque adeo *gracem* fuisse pronuntiauit.
MONTFAVCONIVS autem **BATA** legit, suspi-
catus

catus has litteras duarum vocum IBATAV-
TEM solas remansisse, Δ vero et Σ *latinas*
 A , cuius media linea euanuerit, et E fuisse,
atque praeterea D et R *latinorum*, quae a
graecis absunt, obseruasse significauit; effe-
citque hoc testimonio, ut ALPH. CIACCONIO,
qui in vita PETRI idem asseruerat, maior
nunc fides habeatur, quam MISSONIO. Quo-
quot igitur ex eo tempore in hoc argu-
mentum inciderunt, MONTFAVCONII iudi-
cio a reliquis recentioribus confirmato-
rantum tribuunt, ut de lingua nemo am-
bigat. Sententiae autem de codicis mate-
ria, quam papyro *aegyptia* constare per-
hibuerat, cum in *diario Italico* tum in *dis-
sert. de papyro aegyptiaca, actis academiacis in-
scriptionum et antiquitatibus explicatis inser-
ta*, intercessit illustris *historiae diplomaticae*
scriptoris MAFFEI contradic̄tio, qui codi-
cem bombycinum esse iudicauit, quem MIS-
SONIVS membranaceum pronuntiauerat. In
tanta testium oculatorum dissensione a
MONTFAVCONII quidem et MAFFEI partibus
standum esse existimo, nego tamen asseuer-
ranter et codicem MARCI manu scriptum
esse, et ex eodem in celebri controuersia
de lingua scriptionis primae huius euange-
lli alterutri sententiae quidquam accedere,
aut eundem in illa dirimenda vel leuissi-
mum momentum trahere. Ut enim valde
antiquum esse codicem concedam, quem
ta-

tamen ipse MONTFAVCONIVS vltra IIII saeculum euehere ausus non est, neque id omnibus reliqua ipsi assentientibus persuasit: a MARCO certe scribi non potuit, quod adeo apertum est, vt illam opinionem confidenter ad fabulas et figmenta referam, Quod et orti commenti tempus et primus illius auctor et fabularum conexarum indeoles et ipsum denique ciuitatis *romanae* sacrae iudicium perpetuum satis demonstrant. Indubium est non solum opinionem de euangelio manu MARCI scripto, verum etiam narrationem omnem de commemoratione et sede MARCI *aquileiensi* ante inauditam, saeculo XIII medio origines suas debere, tantum abest ut posterior fabula, quae ex priori enata esse videtur, pro re certa et indubia haberri possit, quod SEB. LE NAIN DE TILLEMONT *mem. hist. eccles.* tom. II p. DVII etc. euictum dedit, cui adstipulatur ADR BAILLET in *vst. sanctor.* tom. I. add. XXV Apr. p. CCCXXXVII. Neque perpetuum illud silentium de sede MARCI *aquileiensi* in frequentioribus concertationibus episcoporum illius vrbis cum *romans*, tempore in primis schismatis LXX annorum in causa trium capitulorum, vestigiorem originem aut perpetuam traditionem figmenti admittit. Illius autem saeculi XIII foecunditatem in effingendis fabulis nemo ignorat. Ipsa tamen CAROLI

III

III fratrisque NICOLAI *aquileiensis* conditio omnium maxime prodit figmentum, historiae saltem natales suspectissimos facit. Constat enim CAROLVM III pontificis *romani* antistitumque *germanorum* opera imperio potum superstitionum religionibus felicius quam armis pugnasse cum LVDOVICO *bauaro de germania* et re christiana immortaliter merito, atque reliquiarum corradendarum sacrorumque cumulandorum studio reliquos Imperatores omnes pрагressos et infecutos superasse, simplicitati que temporis sui mirifice imposuisse; et eo in primis anno c^{irca} CCCCLIII, quo codicis huius partem sibi vindicauit, ita flagrasse superstitione ut in festo lanceae claviumque CHRISTI ab INNOCENTIO VI impratrando multum elaborauerit, voti tandem compos factus. Quare insignem suspicioneum fraudis piae, quae illis temporibus licita habebatur et CAROLO iam subinde feli citer cesserat, vel ipse CAROLVS vel NICOLAVS, fratri haud dissimilis, et qui ipsi sedem alteram *aquileensem* aequa ac *naumburgensem* priorem debetbat, vel yterque faciunt. Minus certe pellueret impostura, si ex AVGIA vel *mature* vel *diuite* codicem accepisset CAROLVS; in alterutro enim, posteriore in primis monasterio MARCI ossa et reliquiarum apparatum delitescere communiter credebatur illo tempore, idem que

que scriptorum coaeuorum consensu vna-
nimi confirmatur: quod CAROLVS etiam
sine dubio facturus fuisse, si frater sedem
constantensem tenuisset, aut illis mona-
steriis praefuisse. *Venetis* autem po-
stea demum in mentem venit consilium
MARCI exuuias, nemini tamen vnuquam vi-
fas, quarumque locum ignorari fatentur,
sibi vindicandi gloriandique MARCI domi-
ciliū *aqueleense*. Quod IO. GE. DORSCHEVS
extra dubium posuit, tam in *specimine sce-
letomantiae pontificiae circa reliquias ss. Marci
et Lucae*, quam in animaduersionibus ad
*relationem anonymi s. Marci euangelistae cor-
pus in insuli augia diuite quiescere e biblioth-
ratisbon. erutam studio Eliae Ebingeri*. Acce-
dit ecclesiae occidentalis et romanue inpri-
mis contremio et neglectio perpetua hu-
ius codicis, quae tanta est ut vltra argu-
menti negatiui robur assurgat in conuel-
lenda opinione de MARCO illius scriptore.
Quis enim quaeso arbitrabitur, et olim in
grauissima controuersia de versione *latinae*
veterene an *bieronymiana* praferenda, quae
praeter ipsum HIERONYMVM, AVGUSTINVM
atque GREGORIVM M. exercuit, hos omnes
ipsumque RVFFINVM *aqueleensem*, vel igno-
rare potuisse, vel postponere prorsus co-
dicem manu MARCI scriptum; neminemque
in probanda authentia vltimae sectionis
MARCI a capitulo XVI commate VIII usque
ad

ad finem, quam in codicibus bene multis
desiderari HIERONYMVS iam queritur, ad au-
tographon MARCI prouocasse, in quo teste
NICOLAO *aquileiensi* exstat omnino; et in
iteratis saepissime laboribus restituendi in-
tegritatem versionis *latinae* admodum cor-
ruptae, cuius exemplum ipse CAROLVS M.
aliis praeiuit, neminem vnuquam, atque ne
ipsos quidem patres *tridentinos* et pontifi-
ces *romanos* a PIO III ad CLEMENTEM VIII,
in corrigenda versione vulgata occupatos,
hunc codicem consuluisse, si et antiquio-
res saec. Xlll medium praegressi non igno-
rassent commentitium hoc autographon,
et recentiores fabulae non puduisset. Qua-
re tum ipse CAES. BARONIVS in *latina* illius
euangelii scriptione efficienda occupatissi-
mus tantum abest, vt ad hunc codicem pro-
uocet eiusque traditione confirmati men-
tionem faciat inter reliqua argumenta op-
inionis suae, vt contrariam potius traditio-
nem memoret, communiorem certe inter
ipsos pontificios, euangelium illud ROMÆ
latine scriptum AQVILEIAE ab ipso MARCO
graece versum fuisse eiusque primum ex-
emplar a VENETIS seruari: tum impuden-
tissimus IO. HARDVINVS ad hunc codicem
refugere minime audet: ad quem MARCO
vindicandum reuelationis diuinitus inspi-
ratae testimonio opus foret. Alterum,
quod nobis praecepimus, negotium, dis-
cus-

cussione reliquarum rationum absolvitur,
 quibus illa caussa latinae scriptionis huius
 euangelii a MARCO agitur. Quae duplicitis
 generis sunt. Vnum parum morabor,
 quod testimonii quorundam continetur
 vel perfide a quibusdam allegatis, ut GRE-
 GORII NAZIANZENI, qui nihil eiusmodi per-
 habet praeter scriptionem euangelii a MAR-
 CO *italis* destinatam; vel ipfismet dubiis, ut
 EVTYCHII PATRICII scriptoris adhaec remo-
 tiissimi; vel adeo recentibus ut clarissimis
 antiquiorum testimoniis AVGUSTINI inpri-
 mis *de consens. eu. lib. I. c. II.* et HIERONYMI
 in *Mattb. c. I* opponi aut praeferri neque-
 ant, quorsum et *pontificalis* libri et *Io. CANTACUZENI* et subscriptionum quorundam
 codicum *græcorum*, *syriacorum* et *arabico-*
rum testimonia referenda sunt. Alterum
 quod a nonnullis, qui priora argumenta
 ignorasse videntur, solum vrgetur, ab eo
 desumitur, quod latina lingua hominibus
 magis conuenire videatur, quibus liber
 proxime destinatus fuerit. Vbi iedubium
 esse pronuntiant tam ROMÆ, in ITALIA sal-
 tem, MARCVM euangelium scripsisse, atque
 occidentis regionibus illud destinasse, quam
 inconueniens fore atque ab iniuitatis spe-
 cie parum absuturum, si *græce* scripsisse
 putaretur. In qua ratiocinatione ut prius
 admitto atque probabile existimo; certum
 tamen esse nego, ob testimonia antiquitatis

P

con-

contraria: sic alterum indubie falsum est, atque plus efficit quam quidem intenditur. Ea enim si valeret ratio, non solum ex libris diuinitus scriptis epistola ad hebraeos atque forte prior PETRI etiam *hebraice, syriace* saltem, et epistola ad ROMANOS *latine* scribi debuisset; quod tamen si a solo HAR-DVINO discesseris, nemo vñquam existimauit: verum etiam JOSEPHVM *latina* lingua vtí oportuisset, qui *Iudaicis et Romanis* maxime libros suos destinauit; vt CLEMENTEM *romanam*, IRENAEVUM atque inprimis PHILONEM et IVSTINVM *martyrem* in libris ROMAE, et ad *romanos* imperatores scriptis, ipsumque DIONEM CASSIVM non commemorem. Qui tertium rationum ordinem addunt *latinorum* in MARCO obuiorum, aut *gracea* ipsosque adeo *latinismos* ignorare videntur, aut longe speciosius multis aliis indubie *gracis* scriptoribus iisque diuinis, LVAE inprimis, *latinam* scriptionem tribuere poterunt, aut eodem iure *hebraicum* existimare, quam *latinismi*. Restat postremus labor diiudicandi caussae totius momentum. Vbi sententiae ipsiusmet partitione opus est, vt sigillatim disceptetur. Adeo enim varius et multiplex hic error est, ex diuersis fontibus profluens, atque finibus diuersissimis accommodatus, vt de singulis, qui eundem errant, idem tamen statui nequeat.

Qui

Qui ex pontificiis honoris ecclesiae *romanae* interesse rati, vt aliquis liber diuinus *latine* scriptus fuerit, *latinae* huius *euangelii* scriptio patrocinantur, vnanimi consensu fatentur *latinum* textum dudum interiisse, graccumque, qui superat, vel MARCVM ipsum quod plerique asserunt, vel certe virum apostolicum coaeuum diuinitus aetum scriptorem habere. *Latinum vulgatum* atque ne antiquius quidem *italicum* euangelium nemo MARCO vindicauit, quum HIERONYMVS contrarium nimis diserte perhibeat, quam vt praeter HARDVINVM, qui patrum scripta commentitia existimat, quisquam de eo ambigere possit. Ipse tamen hic iniquissimus antiquitatis depeculator textum non MARCO sed amanuensi eiusdem *latino* tribuit. Quod vero in hanc sententiā nemo eorum, qui puriora sacra amplexi a *romana* ecclesia secesserunt, transiit; IO. SELDENVS enim, qui id fecisse nonnullis secure dicitur, loco ab iisdem allegato *commentarii ad EUTYCHII origines* p. CLXI verborum autoris sui significatum disputat, quem perhibuisse tuerit MARCVM *latine* scriptisse, atque IO. CANTACUZENVM, BARONIVM et CIACCONIVM excitat, sententiam suam prorsus non pronuntiat: id certe partium studio fieri non potuit, quum bene multi in MARTHAEI euangelio hebruce primum scripto prorsus similia, quidquod eadem

statuunt; sed quod a partium studio absunt, illamque sententiam argumentis destitui atque a veri specie plane abhorrente perspiciunt. Quia in re oculatiores pontificios et recentiores plerosque consentientes habent TILLEMONTIVM, AVGUSTIN CALMETIVM et ipsum RICH. SIMONIVN temerarium alias harum rerum iudicem. In reliquis tamen sectae fauori condonari potest error, si ita circumscribitur, ut de diuinitate librorum sacrorum nihil derogeretur. Quorum autem nihil admodum refert hac sententia *romanæ* ecclesiae, quam ipsi rident, sanctitatique linguae *latinae* prospici, si qui in tanta litterarum luce, qua tempora nostra gaudent, argumentis adeo infirmis, quibus ipsimet in aliis scriptis dijudicandis nullum pretium statuerent, non solum *latinae* scriptioñis MARCI patrinos agunt, ipsum codicem *venetum* et *pragensem* a MARCO scribi potuisse arbitrati; verum etiam cum HARDVINO negant *græcum* textum eiusdem auctoris esse, atque illius actores se constituunt, merito suo in ipsa diuina oracula male animati esse videntur, certaque librorum diuinitus scriptorum auctoritati diem dicere. Huiusmodi quadruplatoribus, quibus nihil diuini adeo sacrum est ut non sollicitetur, atque vel aperte conuellatur vel per cuniculos et insidias petatur, libri diuinitus in lit.

litteras relati caussa certe non cadent; qui neque deo praesentissimo, neque patronis inter homines vñquam carebunt. Atque huic temeritati nefariae fortiter resistendum est a bono quo quis vel modestissimo pacisque studiosissimo. Quod sine actione in quemquam fieri potest. Defensorum enim agis non actorem, si DEI oracula a criminacionibus, conuiciis et vellicationibus tueris. Aliis vero, qui in illam sententiam incident, non quod sacris male volunt, sed quod inusitata et paradoxa depereunt, quae singularia et eximia existimant, neque has dapes inuidebimus, gustum enim quis disputaret? neque stomachum concoquendis fabulis haud imparem, atque epistolis caelo delapsis, quae variis in locis seruari dicuntur episcoporum diplomatis non destitutae, digerendis suffectorum, si cibus conduxit; dummodo nobis liceat fastidiosioribus esse atque ab insipidis commentis abhorrere, illis in primis vnde rei sacrae et diuinæ periculum imminet. Multo minus illos vituperabimus aut improbitatis insimulabimus homines ciuitatis litterariae classicos, qui vel nonnunquam animi caussa errant, vel ubi etiam vere et serio errant alios erudiunt et multa docent, vel ut opinionis alicuius vim aut veteris monumenti eruti pretium experiantur errores periclitantur.

P 3

Hi

Hi excusatissime per nos errabunt, si dis-
fensum aliorum aequo animo patientur,
neque indigne ferant ut aliarum littera-
rum doctores in auerruncandis arcendis-
que singuli disciplinarum suarum errori-
bus sollicite elaborent suosque rectiora et
certiora doceant. Quod in sacris maxi-
me, vbi salutis res agitur, neque sine peri-
culo erratur, adeo necessarium est, ut sine
piaculo negligi nequeat. Pluribus haec
omnia persequerer, si litterarum limites
id permitterent, quos prolixitate nimia-
iam migrasse ipse mihi videor. Quare ad
TE, clarissime disputationis auctor, redeo
et bonis verbis amorisque in TE prolixissi-
mi significatione atque gratulationum ae-
que ac votorum nuncupandorum, quae
mereris, officio breuissime defungar. Quo-
ad in disciplina mea vixisti, quos bonaे
mentis studio, vitae integritate, laborum
affiduorum pertinacia, proficiendi ardore,
progressumque factorum felicitare **TEBI**
aequarem habuisti paucos sane, quem piae-
ferrem admodum neminem. Fruere his
DEI donis diu feliciter, atque meam et bo-
norum, quibus innotuisti, omnium spem
amplissimam per omnem vitam imple si
superari nequit, adque adeo rem tuam,
ciuitatis sacrae, ipsiusque DEI age rectissime.

Dedi Halae ad Salam in acad. Fridericia-
na d. IIII Mart. c. 10 IC CCXXXII.

EPI-

LITTERAE XXXX.

231

EPISTOLA XXXX
AD DISPV TATIONEM XXV,

DE

SCIENTIAE, FIDEI ET EXPE-
RIENTIAE DISCRIMINE
ET NEXV

IN THEOLOGIA NECESSARIO

AVCT.

IO. DAN. WIEGLEB

HALLENS.

AESTIMATISS. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Dandarum ad te disputaturum litterarum varia mihi in mentem venerunt argumenta, ne officiosiores euaderent quam lecturis profuturae. Duplicis in primis consilii cogitatio animum subiit. Vnum specetabat ad vindicias epistolae, quam nouissimae disputationi antiharduinianae adieceram. Alterum ad quasdam dissertationis TVAE partes doctrinasque connexas illustrandas pertinebat, ut vel oracula I cor. II com. IIII. V, et II cor. X com. IIII. V,

P 4

a TE

a TE explicata curatius interpretarer, vel efficaciam et vim librorum diuinitus scriptorum cum naturalem tum supernaturalem, fidemque inde resultantem tam humanam quam diuinam, et quid officii sit theologorum erga vtramque, distinctius disputarem, vel in testimonii sacrarum litterarum interni apud animos hominum incole explicanda amoliendaque suspicione circuli vitiosi, quam haec conuictio aequa ac altera ex notarum diuinae originis intelligentia desumpta, nonnullis facit, elaborarem. Neutrum tamen a me impetrare potui. In priori enim negotio maiorem mei quam tui rationem habendam fuisse probe perspicio. Neque ignoro moram illius rei periculo carere omnino. Opportuniori igitur loco et temporि destinabo harum vindiciarum quidquid e resanctioris doctrinae magis quam mea esse videbitur, facilius expediendum, si confutationis exitum praestolatus fuero, quam affectae obuiam iuero. Ab altero autem labore impeditor ipsa doctrinarum grauisimiarum vbertare, cui certe his litteris aegre satisficeret. Singulae enim dissertationem peculiarem exigere videntur curandas suo tempore, si DEO visum fuerit. Quare arctioribus nunc limitibus me continebo, atque rationes tantum breuiter commemorabo, quibus argumentum dissertationis

tionis TVAE ita se mihi approbauerit, vt
cum in indice doctrinarum disputandarum
TIBI arriserit, auctor suasorque extiterim
eius pertractandi, cuius consili cur me
poeniteat nihil esse iam impense laetor.
Eminet inter illas summa rei pro tempore,
in quod incidimus, utilitas atque necessi-
tas, quam proxime excipit TVA ipsiusmet
indoles, cui hoc argumentum apprime
conuenit. Vti enim ab hominum sacris
operatorum memoria infelix multorum
studium diuellendi quae natura DEVsque
coniunctissima esse arctissimeque copulari
iusserunt, innumera mala in ciuitatem san-
ctiorem inuexit, ipsique funestum fuit dis-
sensionibus, seditionibus cladibusque quas
peperit: ita quotiescumque DEI beneficio
litterarum aut religionum studia feruere
cooperunt; toties hominum culpa magis
exarsit contentio non sine discriminibus
et detrimentis boni publici. Quare nec
quisquam iure mirabitur tristem saeculi
nostrum sortem, quo homines in ipsa san-
ctiori disciplina ad extrema ruunt, atque
scientiae fidei et experientiae diuortiis per-
tinacissimis ita abripiuntur, vt consociatio-
nis earundem tanquam ignobilis aut peri-
culosae mediocritatis vel ignari, vel incu-
rii vel pertaesii illius rei, in qua quisque
excellere sperat, incrementa et accessiones
ex reliquarum contemtione et interitu cu-

P 5

piat.

piat. Satis iam peruersit hoc malum et theoriam et praxin doctrinac sanctioris, atque satis iam nimiumque mutuarum suspicionum, simultratum et altercationum excitauit. Qui vnam scientiam depereunt in doctrinis sacris, quo studiosiores demonstrationum ad rerum euidentiam facientium, eo negligentiores auctoritatum, quibus euidentia testimonii absoluitur, efficiunt ut omnis fere theologia ex disciplina sacra exsuler, oraculis diuinis ad confessionem duntraxat subsidiariam comprobandam vbi. Quod non solum de certitudine doctrinarum diuinorum multum detrahit, verum etiam salutari hominum emendationi officit, si personam nuntii et interpretis sermonum diuinorum cum persona vel philosophi vel oratoris non coniunxeris sed commutaueris. Neque tamen felicius rei sacrae consulunt, qui scientiae et rationi diem dicunt, nuntium saltem mittunt ipsam eius umbram auersati. Aut enim formulis pascuntur, quas non intelligunt, credulique opiniones hominum locutionibus diuinis indutas amplectuntur, aut suo sensu abundant, imaginationibus et appetitionibus feruntur, atque adeo dum humana in diuina conuertunt periculosius neque innocentius peccant, quam qui ex diuinis humana faciunt. Quibus discriminibus malisque certior medicina haud para-

parabitur, quam sollicita cura efficiendi ut triplex haec cognitio et conuictio in doctrina sacra arctissime cohaereat, suum cuiusque pretium statuatur, suis limitibus singulae circumscribantur atque ad communem effectum conspirent. Laudabilem igitur in hoc argumento discutiendo operam collocasti, carissime WIEGLEBI, quam bonus quisque probabit, vitae simul academicae studiorumque TVORVM rationes redditurus. Nam ex quo familiarius mihi innotuisti tallem TE deprehendi doctrinae sanctioris cultorem qualem hic disputas, quod cum ad parentis TVI, cuius manes pie veneror, memoriam accefferit, dici non potest quantum auxerit meam in TE voluntatem, ipsamque spem ex ingenua liberalique indole aliquis naturae et educationis donis diuinis dudum conceptam. Cumularius et prolixius animo indulgerem nisi mallem ac praeuiderem experimentis et conscientia aliorum felicius TE cognitum iri quam meo testimonio. Disputationem paucorum dierum spatio conscriptam ob abitum properandum retractare nolui, ut integra tua maneret, quam in publico conflietu facile ruereris, postquam mearum doctrinarum defensione dexteritatem saepius comprobasti. Quod reliquum est stadii academici decursum felicem et singulatia DEI beneficia laetus TIBI et ex animo

grat.

gratulor teque ex disciplina, consuetudine
et hospitio ita diritto ardentissimis sup-
plicationibus communi domino messi sua
amplissimae operarios prospecturo com-
mendatum, ut ex memoria voluntate stu-
dioque meo te excidere, quoad vterque
nobis constabimus, nunquam sim conces-
surus. Dedi Halae propter Salam in
acad. Frideric. d. xviii Mai.
CIOCC XXXXII.

PISTOLA XXXI
AD DISPUTAT. XXVI,
DE
VINDICIIS DEMONSTRATI-
ONVM DIVINITATISSA-
CRAE SCRIPTVRAE
A SVSPICIONE CIRCVLI VITIOSI
AVCT.
GE. CHRIST. HAIN
BEROLIN.

AESTVMATISS. RESPONDENTI
S. P. D.

PRAESES.

P ergratum mihi fuit, quod non solum ad
con-

conscribendam disputationem animum appulisti, ut progressus in sacrarum litterarum studiis factos et tuis et ingeniorum arbitris approbases, otiumque halense bene locares, verum etiam ex indice doctrinarum disputandarum nobile hoc et, si quid aliud, arduum argumentum elegisti, eaque re fidem a me nuperrime datam, curandi harum vindiciarum curatiorem tractationem, opinione celerius liberatum iuisti. Noli elaborationem retractare aut quantulumcunque immutare, ne integrâ **TVA** esse desineret. Neque hic emendationes et accessiones cumulabo. Nam et prolixior iam euasit dissertatione, quam ut supplementa commode patiatur, quibus neque admodum indigeret, et aliunde pertinentur haud difficulter, quae hoc facere posse videntur. Quorum tamen censem agam breuissime, ut habeas, quibus has laborum primitias opportune locupletare et confirmare possis in rem tuam. Reuocabo illa ad tres classes, *logicam*, *historicam* et *theologicam*. In *prima* classe bene multa disputari possunt haud inutiliter, et sine tricis, de discriminibus circuli legitimi et vitiosi; veteres enim vocem hanc ut medium promiscue adhibuerunt, atque adeo de natura et variis speciebus regressus apodictici, quem recentiores nonnulli ignorarunt magis quam impugnarunt: neque minus

minus de computationum examinibus instituendis, a quibusdam pro demonstracionibus habitis, ab aliis ex illarum numero proscriptis. Quae dissidia facilime componuntur distinctione demonstrationis regularum computandi et exemplorum individuorum seu computationum singulorum legitime peractarum. Quoties enim quoto et diuisore pro factoribus habitis, atque uno in alterum ducto, residuoque ad factum adiecto, prodit diuidendus, toties certe non diuidendi leges, indubie tamen exempla divisionis demonstrantur. Cuius regressus in examinibus arithmeticis utilitatem vindicavit atque foecundam applicationem ad omnem veri certique investigationem significauit illustris CHRIST. WOLFIUS math. vniu. tom. I. etem. arith. §. cii, et cxv. Vniuersam autem doctrinam de regressu logico explicarunt STEPH CHAVVIN in *lexico ration.* sub voce *regressus*, CHRISTOPH. SCHEIBLERVS tract. *syllogist.* cap. XV tit. X. act. III. s. oper. philos. tom. I. pag. DLXXXIII, atque in primis IAC. ZABARELLA peculiari libro de *regressu*, qui in operibus illis logicis editionis Hawenreuterianae septimum locum occupat a pag. CCCC-LXXVIII etc. Ad alteram classem *historiam* pertinet commemoratio celebris controversiae in belgio, inter ipsos theologos magna animorum contentionе agitatae,

tae, vtrum diuinitas scripturae sacrae ex ratione duntaxat, an aliunde atque in primis ex semet ipsa et interno spiritus sancti testimonio demonstrari possit ac debeat, que insignem librorum prouentum tulit, quorum haud exigua pars mutuis accusacionibus posterioris demonstrationis circuli vitiosi eiusdemque vindiciis absoluitur. Nihil enim acerbius scribi aut cogitari vnuquam potuit ab hostibus litterarum sacramum ad infirmandam, traducendam debellandamque hanc conuictionem internam testimonii diuini, quam factum fuit ab illis defensoribus alterius demonstrationis ut vnicae, licet non caruerit actio verborum litibus. Historiam contentionis exhibent HENR. LVD. BENTHEM in *holl. Kirch. u. Schulenstaat part. II. c. II. p. LXII etc.* IO. FRANC. BUDDEVS *institut. theol. dogm. lin. I. c. II. § XVII,* atque copiosius vener. IO. GEORG. WALCHIVS in *den Relig. Streitigk. tom. I. c. III. § XI.* et *tom. III. c. III. § XXXVII.* Quae inter nostrates de vi huius argumenti eiusque rationibus legitime subducendis disputara sunt enarrat et diuidicat IO. MUSAEVS in *der ausführlichen Erklaerung der Jenischen theol. ueber. LXXXIII controu. ad loc. I. in primis quaest. V. pag. XXXVIII. etc.* atque in *introd. in theologiam part. II. cap. V;* vbi scholasticorum simul sententiae afferuntur, et ipsa res solide efficitur. Quae
ad

ad *tertiam* classem referenda esse videntur
huc maxime redeunt. Posse reuelationem
diuinam in sacris litteris obuiam et inspi-
rationem earundem atque utriusque de-
monstrationes magis distingui, quam hic
factum esse perspexi, ut posterioris argu-
menta ex ipsis sacris litteris desumantur
secure sine formidine suspicionis circuli
vitiosi cuiquam facienda, postquam aliun-
dae prioris demonstratio constiterit. Prae-
terea euitari penitus posse in hac cauſa
agenda defensionem testimonii virorum
diuinitus actorum de ſemet ipsis, licet res
ipsa neque a vero aberret neque rationi-
bus deſtituatur. Et duplēcē tandem da-
ri conſcientiam tam veritatis doctrinārum
in sacris litteris propositarum, quam effi-
caciae ſupernaturalis, quae utraque ad hanc
demonstrationem diuinitatis earundem
ſpectat, quamuis diuersa ratione, ut prior
ad priorem demonstrationem pertineat al-
tera posteriorem conſtituat, atque certa ſit
apud quemuis ipsius conſcium, probabilis
autem inſigniter ſi ex aliorum actionibus
eluceat. Quam ob rem in diſtinguendis
conneſtendisque hiſ argumentis aliter paul-
lum versari ſoleo. Sed vereor ne longius
abripiar quam conſultum eſt propositum
que fuerat, atque bonis verbis et gratula-
tioni locum nullum relinquam. Quare
ad te redéo, cariſſime HAINI, cui tantum
cuſ.

cupio, quantum homo Deo addicetus, vtilitatis publicae studiosus, futurorumque prouidus neque inofficiosus, amicissimi et de re sacra meritissimi parentis filio velle potest, in quo multa Dei beneficia et eximiam materiem naturamque boni viri litterarum et ciuitatis sacrae commodis profuturi deprehendit. Fruere hac felicitate e re tua et publica. Deo et seueriori religionis ac virtutis studio vindica excellens ingenium, animi facilitatem et quidquid bonarum litterarum doctrinaeque sanctioris imbibisti. Stadium academicum feliciter emensus ad tvos redi feracissimo fructuum exoptatorum sollicitae educationis multarumque ad Deum supplicationum prouentu onustus. Domesticum de populo Dei bene merendi exemplum imitare, meique memor rem tuam semper age re-
ctissime. Dedi Halae ad Salam in acad.

Frideric. d. xvi. Iul. c*10* ccxxxxii.

EPISTOLA XXXXII

AD DISPV T. XXVII, SEV.

VINDICIAS POENARVM AE-
TERNARVM

OPPOSITAS

AVCTORI EPISTOLARVM

SVR LARELIGIONESSENTIELLE

Q

AVCT.

AUCT.

IO. GOD. WEINSCHENK

MAGDEB.

RESPONDENTI AESTVMATISSIMO

S. P. D.

PRAESES.

Quae ad TE, amicissime WEINSCHENK,
 scribam publice, plura sane habeo,
 siue de TE, siue de controuerzia iam dis-
 trahenda, siue de aduersario conuellendo,
 siue de disputatione TUA cogiro, quam ut
 vel singulis seorsim exsequendis nedum
 vniueris discutiendis temporis locique op-
 portunitas sufficere videatur. Ne tamen
 ipsa optionis deliberatione tempus per-
 dam, aut nihil omnino, praeter voluntatis
 significationes et bona verba; proferam,
 singula non disputabo, sed strictim
 et vniuerse percurram ea propositurus,
 quae intelligi memorarie non TUA so-
 lum meaque, sed aliorum etiam, meorum
 in primis, interesse putabo. Duo potissimum
 sunt, quae in TE deprehendo comme-
 morabilia atque ad exemplum profutura.
 Vnum in laboris academici assiduitate con-
 stituo, alterum in bonae mentis et operae
 Deo consecrandae, ad parentem de re sa-

cra

era meritissimum referendum, spe omnibus facta singulariter. Neutrum enim frequens est temporibus nostris, quae et studiorum praecipitatione et sobolis optimorum virorum facilitate degenerandi a paterna virtute insigniter laborant. Quo igitur haec rarius eveniunt, eo te pluris facio, haud immerito. Laudarem etiam, nisi gratosiora essent, quae simpliciter narrantur. Quatuor stipendia hic fecisti, omnibusque tirociniis et exercitationum generibus gnauiter defunctus missionem honestam et solemnem impetrasti, habita publice disputatione. Redux deinde ad castra nostra generosissimo iuueni studiorum comes datus laborum disciplinam praeiturus, veteranum egisti ad labores impigrum ut cum maxime, et qui aliis exemplum debet, neque nunc ex iterata virium contentionе discedendum putasti sine nouo industriae documento publice dato. Venio ad litem, quam non intendis, sed motam instauratamque contestaris. De qua, quae commemoranda esse videntur cum mentione aduersarii a te impugnati, quam supra recepi, ita cohaerent ut diuelli commode nequeant. Quare haec coniunctim breniter explicabo atque ad tria capita reuocabo, ut tum libros gallicos enarrem, quibus haec controvicia reuiuiscere coepit, tum illorum refutationes

Q²

tiones

tiones indicem, tum denique caussae momentum succincte dijudicem inuidiae et pertinaciae suspicionem amoliturus. Principe liber, qui ut ad gratiam ineundam plurimum valuit et reliquis eiusdem, si non auctoris systematis certe, scriptis praegressis pondus addidit, ita etiam motus maxime excitauit, prodiit *Amstelodami* an. *circa* *CCXXXVIII* inscriptus *lettres sur la religion essentielle a l' homme, distinguée de ce qui n'en est que l' accessoire* partibus II, epistolas *XXXX* complexis praeter introductionem duplceil, et epilogum, cuius altera editio anni *circa* *CCXXXVIII* *Londini* prodidisse dicitur. Qui hunc praecesserunt inscribuntur *le système des anciens et des modernes, concilié par l' exposition des sentimens differens de quelques theologiens sur l' état des ames séparées des corps, en XIIII lettres, nouvelle édition augmentée par des notes et quelques pieces nouvelles.* a *Amsterdam* *circa* *CCXXXIII*, cuius editio prior an. *circa* *CCXXXI* prodierat, continua^{tio} autem et defensio *suite du livre des XIIII lettres, ou reponse à l' examen de l' origenisme* a *Amsterdam* an. *circa* *CCXXXIII*; tertius denique *le monde sou préféré au monde sage, en XXIII promenades de III amis, Criton philosophe, Philon avocat, Erafte négociant, nouvelle édition augmentée de deux lettres, tomes II.* a *Amsterdam* *circa* *CCXXXIII*. Hos omnes exceperunt *lettres fanatiques, tomes II a Londres*

dres cccc xxxviii, quae epistolae eandem cum prioribus officinam, idem scriptoris ingenium, eundem animum redolent, licet doctrinas subinde varient atque resingant. Quod iam anonymous auctor epistolae ad reū. FRANC. DE ROCHE\$, libro ipsius postea commemorando praefixaes, obseruauerat. Aliorum suspicionibus nondum concedam, qui trigam librorum anonymorum gallicorum recentissimorum, *dissertation theologique et critique sur l'ame de Iesus Christ, de la certitude des connoissances humaines et lettres aegyptiennes*, eidem scriptorum societati adiudicatum iuerunt. Primus saltem constantiori fama alii eruditiori auctori vindicatur, doctrina etiam, scriptionis et argumentorum indole a reliquis satis discedit. Qui de quinque librorum supra excitatorum auctore sententiam dixerunt, aut conjecturam aperuetunt, ita de eius nomine ipsoque sexu loquuntur, ut de duobus hominibus ambigere videantur, quos solus IO. GVST. REINBECKIVS differte nominauit MVRALTVM et HVBERTAM loco iam iam allegando; vbi tamen ex libro indubie uno duos facit, arbitratus *les promenades et le monde fou etc.* differre. In enarrandis confutationibus, quas ad manus habeo, et controuerfias separabo et temporis, quo prodierunt, ordinem sequar. Integrum systema doctrinae primus

mus adgressus est reuer. FRANC. DE ROCHES
 edito an. CIO IO CC XXXX libro *defense du christianisme, ou preseruatif contre un ouvrage intitulé lettres sur la religion essentielle à l'homme,* qui voluminibus II constat epistolas XXXX complexis. Hunc exceptit an.
 CIO IO CC XXXXI REINBECKIVS, qui praefationi ad partem IIII meditationum in augustinam confessionem breue examen systematis adiecit, atque in primis *introductionem religionis essentialis curatius discutiendam summis a pag. XXIII ad p. XXXXIII.* Eodem tempore prodiit celeberr. IO. IAC. BREITINGERI amica disputatio de principiis in examinanda et definienda religionis essentia ex mente nuperi scriptoris galli adhibendis, cuius succincti quidem, sed eximii scripti recensionem, illustrationem et defensionem exhibet Tigurinorum *Samlung critischer, poetischer und anderer geistvollen Schriften, erstes Stück p. CXXXVIII ad CLXVII atque drittes Stück p. I. ad XVI,* vbi eiusdem versio gallica breui proditura promittitur. Alteram peculiarem controuersiam de damnatis recuperandis praeter scriptorem helatum libri, a me non lecti, qui CIO IO CC XXXIII Amstelodami prodiit inscriptus *Examen de l' originisme,* discussum iuit anonymous auctor duarum epistolarum bibliothecae germanicae tom. XXXXV p. LXXXV-CC et tom. XXXXVI p. CXXV-CLVII insertarum

rum. De ipsa caussa, quae disceptatur, nihil hic pronunciabo. Seditionum religiosarum, quae *Germaniam* patrum nostris que temporibus turbarunt, gnari facile perspicient, neque ad damnatos saluti vindicandos, neque ad integrum doctrinam christianam ab accessionibus humanis repurgandam atque natuuae simplicitati restituendam, quod saltem praetenditur, seu, ut apertius dicam, subuertendam a recentissima coniuratorum gallorum factione quidquam proferri, quod germanorum calamos ex utraque pugnantium parte nondum occupauerit et exercuerit. Quod nemini obscurum erit, qui in una controversia PETERSENII, KLEINNICOLAI et GERHARDI, in altera DIPPELI, et umbrae eiusdem f. laruati DIPPELI *rediuimus* atque in primis EDELMANNI scripta cum his libris gallicis contenderit. Iisdem fere armis pugnatur, eadem est arietum et machinarum fabrica et structura, iidem cuniculi, eadem signa, eadem certe res agitur, neque nouae doctrinae condendae fundamenta alia ponuntur, quae in posteriori negotio ad euidentiam rerum summumque diuini amoris principium utrinque reuocantur. Neutra hostium manus infestis animis et incredibili studio praetexendi innectendique religiones irreligiousimis consiliis, aut copulandi mira arte fanaticismum cum deis-

Q. 4

mo

mo alteri concedere videtur, atque si galli superiores fuerunt ingeniosae scriptionis elegantia, et imponendi circumueniendique artificiis, germani apertis insultibus et impetus vehementia praeualuerunt. Merito igitur ad arma conclamat a Christi ciuibus, neque in ipsa controuersia de poenarum aeternitate eadem amplius formido belli civilis locum habet, quae olim multos sollicitos tenuit, vbi religiosissimos cetera homines, in rem christianam saltem non male animatos ea opinione fascinari illudque damnatorum patrocinium susciperre cum dolore conspexerunt. Aliam nunc faciem indolemque habet haec contentio, postquam error, non solum innocens, humanitatis et misericordiae plenus atque speciosus, verum etiam causae christiana proficuus a bene multis habitus, cuius certe veritas bono cuique generis humani amanti gloriaeque diuinae cupido exoprandā esse videretur, ad patronos transiit a christianis sacris alienissimos, librisque diuinitus scriptis infensissimos, a quibus ad litterarum diuinarum auctoritatem, expiationem Christi ipsamque Dei gloriam infirmandam pertrahitur, quibusque ad defisum tam rationi felicius conciliandum, quam plebi religiosa reuerentia librorum sacrorum occupatae facilius persuadendum mirifice inferuit. Veri falsique natura,

tura, fateor, ea re nihil mutatur, caussae tamen agendae momentum, fauor et inuidia insigniter variat, vbi non pietatis in Deum et misericordiae immoderationi sed profanissimae impietati obuiam itur, neque pro miseria miserabilium aeternum continuanda tanquam pro aris et focis, sed pro iure, gloria, imperio et iustitia Dei et doctrinae diuinitus reuelatae intermerata puritate pugnatur. Sed haec alibi disputari poterunt. Ad finem properandum esse video. Quare de disputatione TVA paucissima scribam. Consilium aequum ac operam arbitris rei sacrae gñaris haud difficulter approbabis. Breuitatem impetravit opinione celerius hinc discedendi necessitas, quae omni etiam retractationi meae intercessit. Satis tamen ipse fecisti argumento finique proposito. Neque in cathedra, quam iterum concendas, ope mea indigebis, TVA defensurus non infelicius quam aliena tuitus fuisti. Quare laborem hunc ex animo TIBI gratulor atque, quod reliquum est, DEO O. M. pro salute TVA, incolumitate, consiliorumque et negotiorum felici successu supplico impense.

Vale. Halae ad Salam in Fridericana

d. vi. Aug. CICIO CC XXXXII.

Q 5

EPI-

PISTOLA XXXXIII
AD DISPUTAT. XXVIII,

DE

CHRISTO HOMINE OBLIGA-
TIONE LEGVM DIVINARVM
ANTECEDENTE ET EX-
TERNA SOLVTO

AUCTORE

IO. NICOL. KIRCHHOFF

MAGDEB.

AESTVM MATISS. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Ab edito a me nuperrime indice et habitarum a meis disputationum et argumentorum disputandorum primus in arenam academicam prodis reliquum ordinem commilitonum ducturus, qui propediem te excipient dissertationibus suis, quarum vna iam ex lustratione mea ad typographum transiit, duae censorium examen sustinent. Facit haec ipsa accumulatione laborum extraordinariorum curarumque distractio in summa otii penuria, ut eti-

eriam si tibi omnino pro humanitate, et
aliis forte, quod aequitatis foret, mihi cer-
te ipse minus satisfaciam. Tractatum pla-
ne non retrahui, neque his litteris sup-
plementa destinaui. Reddam tamen hic
breuiter rationes, quibus et mihi se appro-
bauerit argumentum dissertationis, et aliis
facile commendari posse existimem. Quas
ita subducam, ut ad duas redeant. Vnam
in efficienda vtilitate et necessitate curatio-
ris determinationis doctrinarum sacrarum
ipsarumque locutionum colloco, quae ex
nexu, quo singulæ cum aliis cohaerent,
diudicanda est, neque euidentius appa-
ret, quam in hac grauissima doctrina de
CHRISTO. Bene multa, fateor, in illa oc-
currunt a doctoribus ex sacris litteris de-
finita, quae insignem suspicionem trica-
rum subtilitatumque scholasticarum fa-
ciunt, quibus non solum prisca simplici-
tas secure caruit, sed recentius etiam theo-
logi non indigerent, nisi ipsa haec securi-
tas in tanta hominum errandi facilitate
necessitatem inuexisset sollicite figendi et
caute circumscribendi cogitationes ac lo-
cutiones de rebus, in quibus non sine di-
scrimine erratur, et leuis veri rectique mi-
gratio, apud primos autores necopinan-
tes admodum excusabilis visa, incredibile
saepè momentum trahit ad conuellendam
subruendamque ipsam arcem rei christia-
nae,

nae, funesta saltem concertationum litiumque excitatione. Historia conciliorum tertii, quarti, et quinti satis id comprobatur, ut dissensiones de CHRISTO filio DEI adoptiuo, creatura, seruo temploque DEI dicendo non commemorem. Quare quum et impersonalitas humanae CHRISTI naturae et immunitas eiusdem ab obligatione externa spontaneam expromissionem praegressa indubie eo pertineat, ac fastidiose et superciliosè a nonnullis ad inutiles et otiosas minutias referatur ex scholis christianis proscribendas, poterit curatiori illius tractatione apud omnes constare, quanti referat integratatis purioris doctrinae prouideri ne quid luxetur et infringatur in corpore doctrinarum sanctorum aut conuellatur et eximatur ex concatenatedo earundem nexu. Alteram rationem constituo in felicius amolienda temeritatis aequaque ac pertinaciae obrectatione, cuius insimulamur ob sententias de communicatione idiomatum in CHRISTO, quas nonnullis excogitasse et tueri videmur ad opinionem nostram de sacra coena speciosius pingendam stabilierandamque. Abunde enim commonstrat haec disquisitio non magis cohaerere sententias illas impugnatas cum doctrina de vera corporis CHRISTI in sacra coena praesentia, quam cum ipsa doctrina de satisfactione. Vberius haec disputare

tare aut plura addere tempus prohibet, et
operarum festinatio quas non morabor.
Neque animo indulgebo in prolixissimae
voluntatis erga TE meae significatione et
gratulationis officio, quae paucis expe-
diam. Stadium academicum feliciter e-
mensus omnibusque tironis impigri, et
progressum faciendorum studiofissimi la-
boribus laudabiliter defunctus in patriam
redi diuinis auspiciis, ingenium litteras
dexteritatem et salutares in primis doctri-
nas ad ciuitatis sacrae utilitatem refer, spem
quam fecisti optimam quoad viues imple,
deoque consecratus meis etiam supplica-
tionibus commendatus rem TVAM age re-
ctissime. Dedi Halae ad Salam in acad.

Fridericana d. XV. Sept.

CC CI CI CI

PISTOLA XXXXIII
AD DISPV TAT. XXVIII,

DE

VOCATIONE DEI AD SALV-
TEM, VARIIS EIVSDEM GRA-
DIBVS ET GRADVVM
RATIONIBVS

AVCT.

AVCT.

IO. FRID. DANNEIL

QVEDLINB.

AESTIMATISS. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES,

Ex quo Iena huc concessisti bonis litteris theologo et ornamento et praefidio futuris admodum instructus cum publico industriae et profectuum documento, non otiose apud nos tempus consumisti, quod multi faciunt, qui alteram tertiamue academiam adeunt, sed laudabili proficiendi ardore sanctiorem disciplinam ita tractasti ut partibus tuis nullus defueris. Assidue operam scholis meis publicis, priuatissimis, et priuatissimis sesquiannum datam, ingenium excitatum, animum veri rectique studiosum ipsosque progressus factos abunde mihi approbasti ac bonam de te spem fecisti. Quod impense laetor tibiique non magis gratulor quam mihi, qui auditorum felicitatem ad meam pertinere existimo deoque acceptam refero. Quare nec improbare potui consilium, quod cepisti, ex iterata virium contentione non discedendi sine novo dexteritatis specimine publico,

vt

ut temporis halensis bene collocati ratio apud omnes constaret quorum haec intellegere referret, nec retractare volui meditationes TVAS, quas integras TIBI reddere satius duxi quam circulos TVOS et demonstrationem turbare. Ne tamen ad argumentum grauissimum multisque difficultatibus circumseptum nihil plane contulisse videar, summatim commemorabo rationes, quas subduxisse si in eo vberius discutiendo illustrandoque elaborandum fuisse. Quae ad tria capita facile reuocantur ut tum argumenti status sollicite figatur suisque limitibus circumscribatur; tum in consiliorum et dispensationum DEI rationes reuerenter et circumspete inuestigetur; tum denique integrum negotium ex historia illustretur. In definienda vocatione vniuersali, vocationem colocamus in complexu operationum diuinorum ad homines sibi conciliandos atque ex peccatorum statu ad salutis per Christum partae possessionem traducendos comparatarum. Ut neque omnis diuinae voluntatis manifestatio neque vniuersus mutationum hominis diuinitus effectarum ambitus eo referatur, atque hoc DEI beneficium a reliquis et corruptionem generis humani pрагressis et supernaturalem hominis emanationem mentisque ad DEVVM conuersiōnem peractam Intecutis distinguatur, nec

pro^a

proprie ad regenitos pertineat, qui in sacris litteris ob vocationem admissam vocati dicuntur. Hanc igitur DEI vocacionem si vniuersalem esse affueramus id volumus, tam argumentum doctrinae diuinatus reuelatae hominibusque ad DEVVM reuocandis destinatae hominum vniuersitatem spectare, atque cum salutem omnibus in vniuersum partam tum eiusmodi salutis ordinem proponere, qui praeter culpa sua nolentes excludat neminem, quam in primis indolem ita compararam esse, ut non solum singulorum salus, quibus offeratur, serio intendatur cum sufficiente vi rium necessiarum exhibitione, verum etiam vniuersis sic sufficiatur ut singuli, nisi ipsimet noluerint, gratiae praeuenientis beneficiis recte usi ad salutis notitiam et possessionem peruenire possint, nullias autem interitus sit excusabilis. Vnde facile apparet insignem illius dari graduum diuersitatem, quae tanta est, ut in classes remotioris et propioris commode dispe scatur, atque tam intra ecclesiam omnibus conferri qui in ea sunt, sed non de eadem, quam extra ecclesiam peragi utrobique cum incredibili graduum varietate, tam in diuersis hominibus quam eorundem hominum diuersis temporibus, ipsumque philosophorum principium identitatis indiscernibilium, quod non solum in substantiis

tiis sed earundem quoque, ciuium in pri-
mis Dei, seu spirituum mutationibus locum
habet, ad hanc vocationis diuinae diuer-
situdinem applicari posse ac debere. In hu-
ius autem dispensationis rationibus inuesti-
gandis religiosa circumspetione opus est
ne diribitores aut recuperatores agamus,
aut calculos ducamus sine numeris datis.
Facilis enim delapsus est in alterutrum
praecipitium, vt vel supremum Dei impe-
rium sollicitetur hominique tribuantur quae
DEI sunt; quod sine maiestatis criminē fieri
nequit: vel limites ipsi malorumque ori-
gines vna cum bonorum auspiciis ex **DEO**
reperantur; quod improbitate et praeua-
ricatione non caret atque non hominis so-
lum libertatem omnem verum ipsiusmet
DEI euertit, vt quae nulla est vbi stat pro
ratione voluntas. Quae errandi discrimi-
na praeteribimus, si diuinis perfectiones
nunquam diuellendas, ita consideramus,
vt caueamus ne in vnius cogitatione alia-
rum ratio nulla habeatur, aut alterius illu-
stratione reliquae obscurentur. Indubium
euadet haec meditatis **DEVVM** in regenda
ciuitate reuocandisque ad se hominibus sic
vniuersos curare vt singulos non negligat,
singulis autem consulere sine incuria vni-
uersorum: publicum bonum praeferre pri-
uato: in ipsis moderandis et circumscri-
bendis beneficiis salutisque singulorum pro-

R

cura

curatione vna cum praeteritis et praesentibus futura omnia pro conditionibus diversissimis eventura prospicere atque simul vniuersi cogitationem complecti: miraculis temperare, ne vilescant temporibusque extraordinariis CHRISTI in primis distinguendis non sufficient: abundantiae beneficiorum documenta subinde dare etiam si irrita hominibusque male cessura prouideat; ut appareat ne sic quidem rem confici, si homines noluerint, neque ubi profusio cohibeatur beneficia hominibus, sed hos illis atque adeo sibi metipos deesse, moderatione autem et continentia ipsis parci et prospici. Quae ex historia sacra hoc referri possent non incommode, prolixius disputanda esse videntur quam ut epistolae officiosae conueniat. Quare hoc negotio supersedebo si id unum commemorauero, non videri praedicationem euangelii generi humano destinatam simul et eodem tempore peractam fuisse ubiuis locorum, ipsasque narrationes de itineribus primorum CHRISTI legatorum, recentiores plerasque et sublestae fidei, caurum examen requirere, neque opus esse hac sententia ad fidem oraculis diuinis faciendam, aut demonstrandam vocationem vniuersalem quae per vices varias, temporum interualla, rerum conuersiones doctrinarumque migrationes populis gentibusque ira contigit.

tigit ut nulla negligeretur, atque vere pronuntiasse veteres qui perhibuerunt sonum apostolorum eo penetrasse quo pes non peruerterit, quod ipsis dudum mortuis euenire potuit et factum omnino est. Plura in hanc rem proponit IO. ALB. FAERICIVS in *salutari luce euangelii toti orbi per diuinam gratiam exoriente seu notitia historico - chronologica litteraria et geographica propagatorum per orbem totum christianorum sacrorum, vbi fontes saltem vberioris disquisitionis copiose aperiuntur.* Cui hic non immabor quum ad finem properandum esse intelligam, quem his litteris non faciam sine votis pro felicitate TVA carissime DANIEL nuncupatis. Diuinis auspiciis in patriam redi, beneficiorum diuinitus profectorum nunquam immemor, vocationis salutaris instrumentum TE praesta proficuum, numineque in TVA multorumque salute curanda vtere propitio et praesentissimo. V*

le. Dedi Halae ad Salam in Frideriana
d. III. Oct. c. 1510 cc xxxix.

PISTOLA XXXV
AD DISPUTAT. XXX,

DE

EFFICACIA SCRIPT. SACR.
NATVRALI ET SVPER-
NATVRALI

R 2

AVCT.

AVCT.

M A R T . F E L M E R

CIBINIO-TRANSILUANO.

AESTVMATISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Arduam et difficilem doctrinam dispuntas, quam neque cuius permisissim neque tibi, nisi praecclare de te existimassem, tuamque industriam et dexteritatem iam cognitam habuisssem atque compertam. Nec defuisse operam tuam arguento grauissimo apprime nunc laetor et tua causa, cui impense volo, atque hoc tirocinium Academicum vere et ex animo gratulor; et mea, qui profectibus auditorum publicisque illorum documentis mirifice delector; et ipsiusmet doctrinae variis erroribus periclitantis atque in duplex discrimen adductae ab hominibus quiea, quae deus coniunctissima esse voluit diuellunt atque in alterutram factarum litterarum efficaciam iniurii dum unam tueruntur et vindicant alteram sollicitant aut revertunt. Circumspecte his malis medendum est, atque sollicite cauendum ne vel fuga erroris vnius in oppositum praecipites

tes demur alteri saltem adversantium parti
latus praebeamus, vel ad inanes formulas
delabamur. In quo negotio ita elaborasti
ut non solum studium sed ipsum opus mi-
hi approbaueris. Nolui igitur meditatio-
nes tuas retractare. Neque hic supple-
menta scribam, quibus vel a te propolita
arctius circumscribi, foecundius amplifica-
ri confirmarique possent, vel integrum ar-
gumentum illustrari commemoratione im-
primis tam officiorum erga vitramque hanc
efficaciam arctissimumque earum nexum,
quam praeuaricationum ex eorundem et
ignoratione et neglectione ortarum. Sed
veterem aliquam scholasticorum distinctio-
nem succincte explicabo, innoxiam primum
neque male excogitatam pessime tamen ap-
plicatam sensimque sic depravataq; ut per-
niciosissimos errores inuexerit. Poterit
illo exemplo apud omnes constare quan-
ta cautione in ancipiti doctrina opus sit ut
inoffensi errores praetereamus. Scilicet
perspexerant veteres scholastici mediis gra-
tiae diuinae et verbo DEI et sacramentis
praeter naturalem efficaciam logicomora-
lem, quae cogitationibus absoluueretur et
commotionibus hominum eorundem sibi
consciorum neque otiosorum aut ingenio
et animo non vñorum, aliam competere
supernaturalem physicoanalogam, quae
neque his limitibus terminaretur, neque

R 3

ab

ab hominum operationibus penderet. Distinctum igitur iuerunt hos operandi modos effectuumque classes, pronunciarunt que prodesse haec media gratiae non solum ex opere operantis verum etiam ex opere operato, quod sine errore fieri potuit. Infelici postea disternatione sacramentorum veteris Testamenti a noui Testamenti sacramentis, quorum illa his inferiora habuerunt ut destituta effectibus qui ex opere operato pendent et symbolice tantum operantia, effecerunt ut haec praerogativa sacramentorum noui Testamenti emendandi hominem ex opere operato ab effectibus ex opere operantis deriuandis separaretur, atque hi prorsus negligenter; imprimis ex quo ab effectibus baptismi in infantibus, sine opere operantis ex solo opere operato profectis, affectionem sacramentorum in vniuersum omnium apud ipsos adultos salutariter mutandi homines ex solo opere operato effinxerunt. Quare postquam figmentum aut detorsio potius fidei implicitae innocenter primum et verissime sic appellatae accessit, ad ipsum verbum Dei precesque transit profutras siue intelligentur siue minus. Atque haec veri rectique migratio leuis initio et parum animaduersa non solum funestam separationem efficaciae supernaturalis a naturali huiusque euersionem peperit; verum etiam

etiam a ruina et subuersione parum abfuit
rotius rei christiana, quae illa opinione
operis operati tota fere in superstitionem
ratione destitutam, formulas, ceremonias
et religiones Deo homineque indignas ab-
ierat. Latius haec prosequerer nisi vere-
rer ne prolixiores euaderent litterae quam
conuenit. Quare quod reliquum est, offi-
cio amoris significandi gratulandique be-
neficia diuina breuiter defungar. Nemi-
ni enim qui vtrumque nouerit obscurum
neque **TIBI** dubium esse arbitror, quanti a
me fias, ob ingenium excellens, morum
probitatem, mentem bene animatam, in-
defessum litterarum studium laborumque
affiditatem. Neque in posterum a me
deficiam ut mea in **TE** voluntas verborum
documentis indigeat. **IV** vero amicissime
FELMER, spem amplissimam, quam fecisti,
non frustraberis, amoremque meum non
destrues, stadium academicum feliciter e-
mens doctrinam operamque omnem
Deo consecrabis, atque solita **TVA** virium
contentione ad praecclare de litteris Dei-
que populo merendum emitere **TVAMQUE**
rem diuinis auspiciis age rectissime. De-

di Halae in acad. Frider. d. x. Oct.

A. MDCCXXXII.

R 4

EPI-

PISTOLA XXXXVI
 AD DISPV T. XXXI, SEV
DEMONSTRATIONEM, EX-
TRA ECCLESIAM NON
DARI SALVTEM

AVCT.
 CHRIST. FRID. IERICHO
 WETTINO MAGDEB.

RESPONDENTI AESTVMATISSIMO

S. P. D.

PRAESES,

Quo longius tempus effluxit, ex quo disputatio **TVA** in tabula publica proposita fuit, eo nunc breuius omnia expediām, neque prolixis litteris operas morabor. Paucis enim explicari poterunt, quae ad **TE** nunc quidem scribenda esse existimo, et de disputatione **TVA** et de **TEMET** ipso. In disputatione diuturnitatis culpa mihi omnino praestanda est, et mo^rae ratiō **TIBI**, **TVIS**, aliis probanda. Argumentum, quod **TIBI** elegisti, atque ad difficiliora multisque controversiis impedittiora pertinet, effecit ut dissertationem rure in secessu domestico, sine libris do^rtorum.

ctorumque consiliis conscriptam, licet in ea diligentiam, voluntatem, laborisque patientiam mihi approbaueris, retractandam ante putarem, quam in lucem prodiret, quo certius non solum meae de **TE** exspectationi, verum etiam lectoribus doctrinique grauiissimis satisficeret. Non praeuidebam tot negotia mihi haec cogitanti laboresque obiectum iri, quibus retardarer. Cupiebam praeterea, postquam in cunctandi necessitatem semel incidiram, tarditatem scriptionis et accessionum praestantia redimere et compensare. Tandem, ubi impedimenta unum ex altero enasci videbantur, haud facile cessatura, tvvs autem abitus magdeburgum instare: omne consilium, si non penitus abiendum, mutandum tamen fuit insigniter. Malui enim moras rumpere, quam argumentum dignissimum **TVAM**que exspectationem plane destituere. Quare ex dissertatione **TVA** amplissimaque materia doctrinarum huc facientium ea duntaxat selegi et summatim succincte carptimque proposui, quae recte intelligi, serio cogitari atque difficillimis temporibus nostris ad animum reuocari, et lectorum veri rectique cupidorum et ciuitatis sacrae plurimi interesse in primis existimauit. HABES igitur disputationem **TVAM** ita a me retractatam, atque cum contractam tum amplificatam,

R 5

catam,

cata m, vt vtrique conuenit, atque ab homine fieri potuit, praeter quotidianos labores extraordinariis negotiis cumulatissime occupato, atque ad plures simul meditationes scriptionesque distracto. In conflictu solemni eundem **TE** praebebis, quem in conscribenda dissertatione cognitum habui. De **TE** plura copiosius scriberem, vt iudicii testimoniique mei auctoritate, si qua est, **TE** ornarem, nisi domesticum conuictoremque aliquot annos habuissem verendumque omnino esset, ne de fide mea et sollicitudine, quam mihi concreditis debo, plura commemorare quam in laudem et commendationem **TUAM** scribere viderer. Ne tamen ipsa verecundia sacratissima hospitii iura violem, **TIBI PATER**que amplissimo cursum academicum feliciter a **TE** confectum, discessumque post tirocinia publice et laudabiliter posita solemnem auspiciatumque ex animo gratulator, deoque indulgentissimo, vt pro beneficiis in **TE** collatis, sollicitae institutio-
nis superatque temporis academici, periculosisimi sane, debitas gratias ago, ita etiam supplico pro salute et felicitate **TUA** fructuque salutarium doctrinarum, quas imbibisti, vberrimo et capiendo a **TE** in rem **TUAM** et ferendo quantocius ciuitati sacrae. Quarum precum audiendarum certus **TE ORO** et obtestor, rei diuinae cui con-

econsecratus es, per omnem vitam TE ipse vindica, doctrinam sanctiorem indefesso studio cole et orna, in DEI familiaritatem non incognitam TIBI ita TE insinua, ut praesentissimo numine fruaris. Atque sic feliciter viue, TVAM, TVORVM meamque spem imple et supera, DEOQUE gratus vale rectissime. Dedi Halae ad Salam in acad.

Frideric. d.vii.Dec. cīcīcc xxxxii.

EPISTOLA XXXVII
AD DISPUTAT. XXXII.

DE

PRAESTANTIA RELIGIONIS
REVELATAE PRAE NATURALI

AVCT.

M. CHRISTOPH. IOS. SVCRO
REGIOMONTE NEOMARCH.

CLARISSIMO
ARTIVM MAGISTRO

S. P. D.

PRAESES.

Tandem igitur prodis in lucem academicam, amicissime SVCRO non solum publi-

publicum profectum et dexteritatis documentum datus, verum etiam scholas aperturus atque scientiarum artiumque iter aliis praediturus. Serius id facis quam et ipse potuisses si voluisses, et alii dudum facturi fuissent doctrina litterisque tuis instructi: eo tamen deliberatius maturius auspicatus atque felicius, quod non opto sperroque magis quam confido et prouideo. Quare nec fore vnuquam arbitror, vt **TE** consilii ipsiusque adeo cunctationis poenitentiat. Sicut enim in omni virae laborumque genere antiquum illud obtinet, vt *sat cito qui sat bene*: ira in primis litterarum tam cultoribus quam multo magis doctoribus nihil accidere potest inconsultius, periculosius atque exitiosius studiorum praecipitatione et immatura cruditate, nihil autem exopratius cedere continua laborum diuturnitate morarumque et molestiarum patientia. Non tui caussa haec scribo, qui neque casu neque aliorum voluntate; sed consilio rectique conscientia id consecutus es vt omnes, qui **TE** norunt et temporis nostri calamitates perspectas habent, honorum academicorum, quos iam diu meritus nunc demum capessis, non celeritatem sed sapientem tarditatem admirantur **TIBIQUE** et bonis litteris gratulentur Mei potius aliorumque rationem habui dum de **TE** ad **TE** haec publice danda esse existimau,

ui, vt voluntas in TE mea eo certius et appareret sibique constaret et aliis approbaretur, rari autem exempli commendatione quam plurimos ad imitationem excitarem tuique similes efficarem. Verum, vt quod res est fatear, quum haec cogito et mecum reproto, otii inopiam horumque dierum pene dixerim iniquitatēm aegre fero, quibus cum valetudinis infirmitatem negotiorum non magnitudine multitudine tamen ciuiumque nouorum, qui me conueniunt, frequentia ita distineor, vt vix epistolae scribendae sufficiam. Quam ob rem in angustias redactus prolixissimum animū amplissimamque laudum materialē in breuem summam contraham, carptimque et succinētē commemorabo quae et de temetipso et de dissertatione TVA vberius prosequerer nisi tempore destituerer, imo laudarem si laudatio praeferaret plana et simplici narratione. In TE amavi, ex quo sanguinis veterisque hospitiū paternī opportunitate mihi innouisti, praeter excellentis et præcocis ingenii dona omniaque et naturae propitiae et educationis sollicitae beneficia diuinitus cumulata, maturam et prudentem industriam atque indefessam laborum tolerantiam. Postquam autem huc in aedes meas et coniunctum concessisti atque quinque integros annos ea virium contentionē laborumque assū.

assiduitate in scientiarum et bonarum artium studiis consumisti, quae a paucis per dimidium tempus continuatur, neque vñquam ab aquabili bonaे mentis, virtutis et doctrinae studio discessisti, sed spem meam semper sustinuisti neque raro misericice auxisti: dici non potest quantus ad amorem, voluptatem, existimationem et gratiam cumulus accesserit, quantique faciam ingenium tuvm, animum, doctrinam et inuisitatem aequa ac felicem seuerioris scientiae cum elegantioribus litteris artibusq[ue] mansuetioribus coniunctionem, et quam p[ro]clare de te sentiam ac sperem. Argumentum disputationis nemo improbat temporum, quae viuimus, non ignarus atque in rem christianam non male animatus. In quo tractando ita elaborasti ut exspectationem, quam ex breui admodum tempore illi operae insimulo p[re]ceperam, superaueris. Quare integrum et prorsus intactam reliqui dissertationem, quam mihi tradidisti, neque maiores in solemni conflitu partes tuebor quam spectatoris et testis. Bona verba in opportunius tempus referuo, quum abrumpenda nunc non finienda sit epistola, ne operas iam satis a me tardatas diutius morer. Vale igitur, diuinis auspiciis rem tuam litterarumque age rectissime, atque de bonis ingeniiis,

niis, et academia nostra bene merere. De-
di Halae ad Salam in academ. Frideric.
d. XVI Mai. CICIO CC XXXXIII.

EPISTOLA XXXVIII

AD DISPVLT. XXXIII,

DE

VLTIMA COENA CHRISTI
PASCHALI

AVCT.

BENED. WILH. MVNCH

NORIMBERG

RESPONDENTI AESTVMATISSIMO

S. P. D.

PRAESE S.

Nihil mihi nunc scito tam deesse, quam
otium: quo licet nunquam abundem,
nunc tamen plane omnino destituo. Ita
distineor et scholis quotidianis, quae ter-
tiam dierum partem ac supra absumunt,
et ciuium frequentia, qui in accessu, disces-
su, laborumque mutatione me conueniunt,
et multitudine testimoniorum tam meo
quam ordinis nostri nomine scribendo-
rum,

rum, et crebris consultationum publicarum aequae ac priuatarum rogationibus, et operarum maxime librariarum festinatione, quae cum meum librum historiae christiana exscribunt, tum alienum opus historiae vniuersae, meum fere reddendum emendationibus additionibusque, atque bonam noctium partem mihi eripiunt. Facile igitur vel difficillimo cuique, omnium autem facillime humanitati TVAE, amicissime MVNCHI, excusarem, immo etiam approbarem neglectionem litterarum, quas ad publice disputaturos sub meo moderamine dare semper adhuc solitus fui: si a me ipse id impetrare possem, neque constantiae rationes publicaeque vtilitates consuetudinis satis deliberatae et officiosissimus amor meus intercederent, quo minus a me dissiderem, in TE saltem alia omnia merito illius consilii immutati initium non facerem. Scribam tamen et breuiter et congruenter occupationibus meis aequae ac TIBI et disputationi TVAE conuenienterque. Prolixior enim dissertatio cum accessiones non ferre, tum epistolam sine argumento et sententia requirere videtur. Vita autem TVA domi, ALTORFI, et hic bene acta, industria et doctrina neque ita sunt obscurae, vt testimonium, neque ita dubiae, vt laudationem desiderent. Quam ob rem quorum mihi hunc laborem

TVVM

TVVM cogitanti in mentem venit, bene mul-
ta contraham, ea duntaxat commémora-
turus quae sine praedicatione commendá-
bilia sunt, et in temporis nostri corruptio-
ne hominumque rei sacrae profuturorum
inuisitata raritate ad imitandum omnino
proponenda. Ut in disciplinam nostram
concesseras stadium academicum ALTORFI
laudabiliter emensus, mihique et litteris
pereximii DIETELMAIERI et consuetudine
clariss. RIEDERERI et publicis profectuum
documentis, duplii dissertatione vna sub
celeberrimo litteratissimoque SCHWARZIO
de origine typographiae habita, altera
sub summe venerando BERNHOLDO elabora-
ta de voto per Iephtachum nuncupato in-
notueras: illico praecclare de ingenio, ani-
mo, studio, doctrina TVA sentiebam scho-
lisque meis insigne ornamentum gratula-
bar. Neque fefellisti spem meam sed ita
sustinuisti, vt et impleretur et in posterum
augeretur. Sesqui annum hic exactum
maiori virium contentione bonas litteras
sanctioremque disciplinam tractasti, quam
alii ad duplum tempus opus esse existimant.
Ut aliorum auditions praeteream mihi
assiduam operam dedisti, quum epistolam
ad HEBRAEOS, sectiones euangeliorum litur-
gicas, vaticinia IOELIS et MALEACHI inter-
pretarer, theologiam moralem explicare,
controversias sacras excuterem, li-

S bros

bros symbolicos illustrarem, antiquitates christianas proponerem, regulas interpretandi confirmarem, historiam sacram enarrarem, selectos auditores per bibliothecam deducerem, disputationibus exercerem atque notitiam theologiae litterariam docerem. In mediis his curis, quae laboriosissimum hominem occupare possunt et defatigare, TVAM autem industriam adeo non exhauserunt, vt hiemem hanc laboribus academicis proficiendique ardori adiiciendam putaueris, dissertationem conscripsisti multae lectionis meditationis doctrinae et modestiae, cuius ad me nihil prorsus pertinere ingenue fateor, quam quod consiliorum me participem fieri librisque nonnullis bibliothecae meae vti voluisti. Quare quod partium mearum est, vnumque mihi relinquitur, DEO O. M. et immortales gratias ago, et ardentissime supplico votaque facio; vt beneficiis suis addat perpetuitatem, atque tum salutares doctrinae et virtutis sanctioris fructus a TE capi ferrique iubeat, tum inclutae patriae TVAE, litterarum puriorisque doctrinae altrici, plures ciues TVI similes propiciat, tum mihi multos praefestet TVI aemulos, in quibus ciuitati sacrae formandas opera non perdatur, ego vero ex molestissimis laboribus conquiescam. Quorum si condemnabor, neque TVI apud me-

memoria interibit, neque mei immemor
viues. Sic vale in rem TVAM meamque.

Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric.
prid. cal. Octobr. cr 10 CC XXXXIII.

EPISTOLA XXXXVIII
AD DISPUTAT. XXXIII,

DE

CONUERSIONE NON
INSTANTANEA

AVCT.

ERN. FRID. BENING

OSNABRUG.

AESTIMATISS. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Paucis expediam, quae ad te disputatiorum nunc scribenda esse videntur et de temet ipso et de disputatione tua et de argumento, quod disputas. Formatus in disciplina cel. KOECHERI quinque annos, INNAE doctrinas sanctiores tractasti annumque tertium operam dedisti celeberr. WALCHIO, REVSCHO, HAMBERGERO, neque minus clariss. SCHUBERTO, DARIOS et HYTHIO; haec

S 2

aestate

aestate tandem in academiam nostram concessisti, ex qua citius, quam destinaueras, enocatus sine publico progressuum factorum specimine industriaeque documento discedere noluisti. Quod consilium quum ad me deferres mihi que ea opportunitate innotesceres: laudabili proposito non defui partesque moderatoris de me recepi. Quas admodum adhuc fuisse exiguae neque maiores futuras in conflietu solemni, si vera auguror, ut apud lectores constet, tua meaque referre existimo. Nam praeter breuem rationum nonnullarum obiectionumque conuelleriarum mentionem a me factam ante elaborationem, solus plane conscripsisti dissertationem, qualis nunc prodit, integrum. In qua curate perlustranda licet quaedam offenderim, quae aliter tractasse si notiones ipse formaturus rationesque subducturus fuissent, nihil tamen omnino immutandum esse putaui, tum quod longissime absum a morosa difficultate eorum, quibus sua tantum placent alia omnia displicant; tum quod facile perspiciebam rectissime explicari, circumscribi, confirmari, vindicari etiam et excusari posse quidquid retractandum duxisse si haec ignorasse; tum denique potissimum ut a laude et existimatione nihil quidquam detraheretur, quam his laboris **TVI** primitiis apud aequos harum re-

rerum arbitros mereris, quibus et curam diligentiam intentionemque, qua dissertationem confecisti, et doctrinam ingeniumque scientiis gnauiter cultum rectius sic certiusque approbabis. Argumentum, quod ex indice doctrinarum ad disputandum a me propositarum ipse tibi delegisti, vbi locum LXVII occupat, et utilitate multiplici perpetuaque commendabile est et temporum nostrorum calamitate per quam necessarium euasit. Nam ut discrimina non commemorem, in quae grauissima de conuersione doctrina adducitur ab illis, qui vel sacra et diuina omnia ipsumque virtutis christiana et redeundi ad DEVUM per CHRISTVM studium fastidiose rident, vel mentis conuersionem diuinitus perficiendam cum emendatione philosophica verbis tamen formulisque christianis vestita commutant, vel incuriae et securitati opinionem de facillimo ad DEVUM transitu per saltum sub ipsa anima agenda praetexunt: speciosiores longe atque adeo periculosiores huic doctrinae ipsique hominum saluti infidiae struuntur ab antinomis recentioribus bene multis, qui in hominibus ad DEVUM reducendis itineris curarumque compendium facturi sibi aliisque persuasum eunt conuersionem ad deum instanti peragi sine necessaria poenitentia, cuius ipsum nomen indignantur, contritione

tione tristitiaque, sola apprehensione seruatoris laetoque sensu animi subito et repente immutati sanguineque Christi a peccatis liberati. Quae desultoria animi emendatio plerisque hominibus morarum dolorisque impatientibus grata et accepta ea diuelliit et separat quae natura sua Deique voluntate coniunctissima sunt arcteque cohaerent, in legem diuinam iniuria est, ipso euangilio abutitur, fidem signo indicioque certissimo priuat atque cum sensu dubio et incerto confundit ipsumque fidei et iustificationis negotium in internam sensationum immutationem conuertit. Pluribus haec prosequerer si per tempus litterarumque limites liceret. Quare quidquid in hanc rem dicendum esse videtur alii opportunitati reseruabo scribendique nunc finem faciam si tribus verbis TIBI studium academicum emenso doctrinam profectusque et ipsum hoc specimen gratulatus fuero, DEVIQUE deprecatus ut salutares sanctioris scientiae fructus a TE capi vberrime in rem TVAM, ciuitatique sacrae referri feliciter iubeat, omnemque vitam sibi vindicatam fortunet quam indulgentissime. Dedi Halae ad Salam in acad.

Frider. d. xxv. Nou. MDCCXXXXIII.

EPI-

EPISTOLA L
AD DISPVT. XXXV, SEV
HISTORIAM TRISAGII

AUCT.
GE. PHIL. SCHVNTER
ENGELTHALO NORICO.

RESPONDENTIA ESTVMATISSIMO

S. F. D.

PRAESES.

Si animo obsequerer amoremque scribendo adaequarem, quem TIBI TVISQUE debo, prolixissimas a me haberes litteras. Verum ut bene multa accidentunt seculis, quam volumus quamque oportet: ita in meis meorumque rebus temporis saepe cedendum et necessitati obtemperandum est, atque post publica demum negotia de necessitudinum, amicitiae et benevolentiae officiis cogitandum. Quare, quum neque committendum esse existimem, ut disputatio TVA sine meae sententiae, testimonii, speique, si qua est, auctoritate prodeat, atque eorum, quae aliis TE longe alienioribus praestiti, in TE desideretur quidquam, neque TVAM aliorumque exspectationem diutius morari velim, faciam quod mihi

S 4

nunc

nunc integrum est vnicum, contraham in
breuem summam, atque per saturam stri-
ctimque commemorabo, quae tam de TE-
met ipso quam de disputatione TVA cum
maxime scribenda habeo. Tertius annus
agitur, ex quo in disciplinam meam, ho-
spitium, conuietum fidemque et concessi-
sti non sine insigni ad laborandum alacri-
tate, et sollicite a TVIS traditus fuisti com-
mendatusque. Neque fore arbitror ut
TE opportunitatis proficiendi, laborum
sueundorum, progressuumque factorum,
aut me operae in TE publice priuatimque
formando collocatae, consuetudinis quo-
tidianae et familiaritatis, qua TE foui, un-
quam poeniteat. Sedulus fuisti et conspi-
cius in illis, qui me in oculis habent et se-
quuntur singulas sanctioris doctrinae par-
tes praeceuntem, nomen professus in scho-
lis meis dogmaticis, hermeneuticis, exege-
ticis, moralibus, polemicis, symbolicis,
historicis, litterariis disputandique exerci-
tationibus. Documentum nunc daturus
dexteritatis et industriae publicum, ipse
quidem sed ex mea plane sententia argu-
mentum TIBI delegisti neque obuium ni-
mis neque ab utilitate et iucunditate de-
relictum, neque tractandum sine rerum in-
ciuitate christiana olim gestarum, purio-
ris doctrinae et controversiarum intelli-
gentia. In quo ita elaborasti librorum,
qui-

quibus opus fuit, subsidiis multaque virium
contentione gnauiter vissus ut meae exspe-
ctioni omnino satisfeceris, atque iam du-
dum aliis etiam satisfacturus fuisses, nisi
maluisses reddi TIBI a me dissertationem
nonnullis accessionibus locupletiorēm et
emendatiorem. Nolui igitur TIBI et argu-
mento deesse scriptumque ita retractauī
ut limam moderarer, TUA pleraque con-
seruarem iisque tantum additamentis sub-
inde amplificarem, quae cogitatis TUIS
conuenirent, atque argumento lectoribus
que profutura viderentur. Tardauī fateor
aliquamdiu editionem dissertationis hac
consociatione operarum, quod mea raro
admodum vacat aut arbitrii est nimiumque
distracta fuit his mensibus negotiosissimis.
Tarditatis tamen huius cum ipse facile ve-
niā dabis, tum culpam apud alios haud
difficulter praestabo. Euenit hac mora ut
faustis, quod spero DEVMIQUE precor, au-
spiciis annum ineuntem disputando ape-
rias primusque in hac academia cathedram
conscendas. Quod reliquum est innume-
ra beneficia diuinitus profecta ex animo
TIBI gratulor, inprimis parentem immor-
taliter de TE meritum merentemque, ami-
cos TUI studiosissimos, ingenium neque in-
eptum ad litteras neque incultum, funda-
menta multarum scientiarum bene iacta,
ipsamque spem et exspectationem bonorum,

S 5

atque

atque patriam in qua virtuti litterisque honos et meritis fructus praemiumque constar. Fruere his bonis diu et feliciter in rem TVAM, amicissime SCHVNTERE, seueriori et litterarum et virtutis studio omnem vitam vindica, et ea age rectissime quae ex sanctiore doctrina, fide, Deique et bonorum existimatione sunt. Ego vero supremum numen, a quo omnis laborum nostrorum successus atque vera mortalium felicitas pendet, supplicationibus fatigare non cessabo, ut, sicuti eorum qui fidei meae se credunt meque audiunt in vniuersum omnium, ita TVAS in primis in intimorem amicitiam et curam traditi res prosperet atque fortunet tibiique et mihi laetam consuetudinis nostrae memoriam recipiat diuque sufficiat. Dedi Halae propter Salam
in academ. Fridericia d. VIII Ian.

CC XXXIIII.

EPISTOLA LI
AD DISPUTAT. XXXVI, SEV
VINDICIAS VERAE ET REA-
LIS CORPORIS ET SAN-
GUINIS CHRISTI
IN SACRA COENA PRÆSENTIAE
AB OPPVGNATIONIBVS
BENIAM, HOADLY

AVCT.

AUCT.

IO. CAROL. LEEKENY

MAGDEB.

AESTVM MATISS. RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Erorum, qui in cathedram publicam a me deducuntur, ex quo indicem argumentorum opportune disputandorum edidi, primus es qui aliud sibi ad disputandum delegerit argumentum, ex eo non desumptum, arduum tamen et grauissimum *de vera et reali corporis sanguinisque Christi in sacra coena praesentia*. Quod tantum abest ut mihi displicerit ut potius, postquam consilium tibi constare intellexi, facile id assensus auctorque et suasor fuerim reuocandi recentioris alicuius aduersarii oppugnationes doctrinae huius sub examen accuratius: non quod existimauerim noua esse et inaudita aut nondum confusa argumenta, quae nostris temporibus in aciem producuntur, quod in controversia tot saeculorum locum non inuenit; sed quod ita comparata esse multis videntur, innouataeque oppositiones instauratas vindicias requirunt. Plures TIBI pro-

pq.

posueram, ex quibus celeberrimum BEN-
IAM. HOADLY modeste conuelendum sum-
fisti optionemque mihi non difficulter ap-
probasti: quod tum omnium qui in do-
ctrinam nostram impetum fecerunt et no-
uissimus est, si ab EDELMANNO discesseris,
homine impotentis animi maleque feria-
to, et facile princeps; tum praeterea libri
elegantia concinno ordine scriptionisque
venusta et speciosa praestantia a multis
singularem gratiam init, atque ab ipsis
nostrorum nonnullis magni sit, quod ut
fine detimento purioris doctrinae fiat pro-
videndum omnino est; tum denique lon-
gius abest, atque ad confutationes et ple-
rorumque librorum suorum et ipsiusmet
huius scripti innumeras in ipsa *britannia*
hominumque iisdem sacris addicitorum
plane occalluit perpetui silentii obseruantis-
simus, ut adeo verendum non sit ne his
vindičiis vulnera sacra refracentur funestis-
que contentionibus campus aperiatur.
Dissertationem solus conscripsisti, quam
TIBI reddidi a lituris accessionibus aut im-
mutationibus meis prorsus vacuam: quod
neque mihi vacabat ad retractationem ope-
ris tui, neque scriptum operam meam de-
siderare aut exigere, sed exercitio acade-
mico, cui destinatur, publicoque industriae
et doctrinae Tuae documento apprime
conuenire videbatur. Quare neque hic
doctri-

doctrinam ipsam illustrabo, quam alia opportunitate vberius explicatum vindicatumque iui in volumine primo consultationum theologicarum, recentiore que scripto quod volumini quarto earundem referuui: sed ne ornando iuuandoque labori two prorsus desim ea enarrabo, quam fieri poterit breuissime, de scriptore libroque, cui obuiam procedis, quae non ignorari TUA lectorumque intererit. Constat inter omnes librum, cuius nunc res agitur, licet sine nomine prodierit, illustrèm doctrinamque BENIAM. HOADLY scriptorem habuisse, quod nomen patri filioque, medico litteratissimo, commune ab viroque ita ornatum est, ut nec exterios lateat obliuionemque dudum effugerit. De patre, quocum nobis res est, tria dunt taxar commemorabimus. Prodiisse illum ex disciplina et familiari consuetudine SAM. CLARKII, de cuius amicitia et memoria optimè meritus est, eximio in primis commentario de vita scriptis ipsius, qui cum eiusdem sermonum sacrorum collectione pri-
operum Clarkianorum etc. The works of Samuel Clark. D. D. in four volumes tomo primo comparet. Quod non leue thomen-
tum trahit ad singularem existimationem litterarum et scientiae aequæ ac suspicio-
nem errorum in sanctiore doctrina facien-
dam,

dam, quamvis ipsius sententiam de trinitate professus nunquam fuerit, neque a subscribendis articulis XXXVIII ecclesiae *anglicanae* abhorruerit. Cuius arctioris coniunctionis cum viro eruditione et opinionibus prodigioso mentionem hic facio, quod celeberrimus HOADLY in plerisque, quae de sacra coena proposuit singularia, CLARKIVM habuit praeceuntem conscientemque: quod nemini obscurum aut dubium erit, qui sermones eiusdem quartuor *de natura fine et definitione sacrae coenae* legerit, obuios loco LVI ad LVIII, in sermonum collectione seu operum vol. I. p. CCCXXXIII, ad CCCLXVIII; atque in primis in expositione catechismi *anglicani*, illustrationes quaestionum quinque ultimarum ibid. vol. III p. DCCXIII ad DCCXVIII; aut non ignorauerit disceptationes WATERLANDI et SYKESII, quorum prior *remarks upon Clarkes exposition nec non the nature, obligation and efficacy of the christian sacrament considered* eiusque supplementa scripsit, posterior CLARKIVM tuitus est, aliique controuersiae de *moralitate obiectiva, discrimineque religionis naturalis et reuelatae* occasionem dederunt, atque tandem locum fecerunt. Alterum dignitate absoluuntur, qua eminet praefulsi *anglicani*, ad tres sedes promotus hoc ordine ut *primum bangoriensi ecclesiae praeferetur*, deinde

inde ad *salisberiensem* seu *sarumensem* pro-
ueheretur, atque tandem ad *wintoniensem*
transiret, cui adhucdum decimum annum
praeest. Quae honorifica et opulenta la-
borum auctoramenta fauori regio debet,
cuius partibus insigniter velificatus est pa-
trocinioque vicissim gravissimo defensus
in difficillima maxime causa conuocatio-
nis cleri *anglicani*, cuius curia inferior ipsi
iam diem dixerat. Tertium ad libros per-
tinet, quorum feracissimus fuit numero-
sumque prouentum tulit. Vbi tamen il-
lorum tantum rationem habebo, qui rem
sacram tractant atque animorum commo-
tiones acerbisque contradictiones excita-
runt, reliquis neglectis, quibus vel reipu-
blicae lites discurriendas regiorumque ad-
ministrorum cauissam agendam sumvit, vel
qui in disceptationem non venerunt, ut
*the reasonableness of conformity to the church
of England and defence of episcopacy, nec non
eighteen discourses concerning the terms of ac-
ceptance with God, quos RICOTIER gallice
reddidit moyens de platre a Dieu sous l'eu-
gile.* Poslunt illi, si postremum huic vbe-
rius postea commemorandum excepero,
in vniuersitate omnes ad controuersias do-
mesticas ecclesiae *anglicanae* referri, quibus
recentius dissidere coeperunt ipsius do-
ctores atque a secessione sacerorumque se-
paratione subinde parum absuerunt. Vna
enim

enim parte potestatem tam regum in re publica quam episcoporum in ciuitate sa-
cra a solo deo pendentem nullisque limi-
tibus circumscriptam defendantem, altioris
seu superioris ecclesiae, rigidorum etiam
nominibus insignita; altera autem vtram-
que impugnante, inferioris ecclesiae, mo-
deratorum et latitudinariorum vocibus ap-
pellata: HOADLY huic posteriori accessit,
eiusque iam dudum antesignanus fuit stren-
uusque defensor, atque partis oppositae
sententiis de obedientia passiuā intermina-
ta, de immunitate ecclesiae a iurisdictio-
ne regia, de iure et efficacia proscriptio-
num sacrarum, de seueritate in dissentien-
tes exercenda, et quae his gemina sunt,
bellum indixit. Primumque apparuit in
famosa lite HENR. SACHEVRELLI, cuius pars
praecipua fuit vnuisque ex potioribus, qui
sermonibus publicis librisque editis furori
hominis et asseclarum se obiecit non sine
discrimine a plebe fascinata subeundo.
Eminent in illis *the original and institution*
of ciuil gouernment discussed, atque *the mea-*
asures of submission to the ciuil magistrate con-
siderd. Has turbas, quas Londini, vbi tunc
sacris operabatur, superauerat, grauior et
periculosior disceptatio exceptit sustinenda
postquam *bangoriensis* antistes euaserat, vn-
de ipsa controuersia *bangoriensis* vocari so-
let, quam dupli scripto excitauit, uno a
prae-

praeseruatiue against the principles and practices of the noniuors, altero the nature of the kingdom or church of Christ, a sermon preached before the king CICIO CC XVII; quibus iura episcoporum nimium deprimere, disciplinam sacram euertere, conservatiuem purioris doctrinae conuellere libertatiue sacrorum quorumuis et sententiarum patrocinari aduersariis videbatur, quos habuit fere innumeros neque proletarios aut capite censos, sed SNAPE, SCHERLOCK, HARE, POTTER, STEELE, SMITH, omnemque curiam inferiorem cleri anglicani. Opposuit illis an answer to the representation drawn up by the committee of the lower house of conuocation, concerning seueral dangerous positions and doctrines contained in the bishop of Bangors preseruatiue and sermon scriptaque alia quam plurima, defensoresque nactus est DE LA PILLONIERE et IACOBVM PIERCE. Quod ad controuersiam nostram attinet librumque, vnde eius origines repetendae sunt, produxit is anno CICIO CC XXXV inscriptus a plain account of the nature and End of the Sacrament of the Lords Supper, in which all the Texts in the new Testament relating to it are produced and explained, and the whole doctrine about it drawn from them alone: to which are added forms of prayers. Dici non potest quot quantasque censuras subierit liber ut conspectus est, quem plerique doctores

T

an-

anglicani grauiter et moleste tulerunt vehementerque indignati et creberrimis confutationibus adorti sunt. Eodem anno comparuerunt *the Winchester conuerts; remarks on a plain account etc; a second lettre to the author of a book intitled etc. by the author of the remarks; the sacrament of the Altar, or the doctrine of a representative sacrifice in the holy Eucharist vindicated etc. a lettre to a Lord etc.; a true scripture account etc. by Thom. Brett; an answer to a book intitled etc. by Rich. Warren; remarks to a treatise intitled etc. by Conyers Place, et licet vindiciae illico prodierint a proper answer to a late pamphlet called the Winchester converts etc.; a defence of the plain account etc. a vindication of the plain account etc. by Tho. Phillips; an apologetical defence etc. et a further defence of the plain account etc. non infregerunt impetum.* Anno enim sequente lucem viderunt *Christian exceptions to the plain account etc.; the sacrament of the lords supper considered etc. part. II. and III. of the answer etc. by Dr. Warren cum appendice: the primitiue eucharist reviued etc. by Will. Whiston; a true account of the nature, end and efficacy of the lords supper etc. by Thom. Bowyer; plain account etc. compared with the account giuen by D. Lanc. Andreus Bish. of Winchester under Iames I etc. neque minus a vindication of the Bishop of Winchester etc.*

quo

quo false demonstratur librum adeo pernici-
ciosum ab homine christiano, episcopo,
et ciue bono proficisci non potuisse; *the
christian paſſouer etc. by Glaſter Ridley;* atque
sermones WATERLANDI et HARRISII de sacra
coena: anno autem tertio *a demonstration
of the gross and fundamental errors of a late
Book etc. by Woll. Law;* *a review of the doctrine of
the eucharift etc. by Dan. Waterland et eiusdem
the christian sacrifice explained etc.* a quo tem-
pore grauiores contentiones a CHVBBIO et
MORGANO excitatae huic finem fecerunt.
Non idem nobiscum agunt, qui in aciem
hanc processerunt, sed aliorum errorum
accusarunt librum. Licet enim primi in-
ſtauratores ſacrorum puriorum in *Anglia*
plerique veram et realem corporis sanguinis-
que Christi praefentiam in sacra coena credi-
derint, neque inter recentiores doctores
anglicanos plane defint, qui vel eandem
doctrinam amplectuntur, vel finitione sua
ſacrificii repræfentatiui prope fatis ad eam
accedunt; quod prius de HENRICO MORO
indubium est, cuius liber exstat inscriptus
*a brief diſcourse of the real preſence of the
body and blood of Christ in the celebraſion of
the holy eucharift:* communis tamen eccle-
ſiae anglicanae ſententia aliter ſtaruit atque
confessionis publicae articulo XXVIII et
XXVIII ab ea doctrina aperie discedit.
Quare rationes indicandae ſunt breuiter,

T 2

quae

quae libro tot odia hostesque inter *anglos*
fuscauerint. Ipsa omnino vestigia ea-
rumdem sententiarum, quae ad contro-
uersiam *bangoriensem* pertinent, atque per
integrum scriptum eiusque in primis ap-
pendicem luculenter apparent, multos fa-
teor offendit. Plerisque tamen male ha-
buit et concitauit aperta non velificatio
sed professio errorum quorundam *socinianorum*: quum celeberrimus scriptor in eo
multus totusque sit, ut non solum omnem
sacrae coenae efficaciam supernaturalem
euertat, relicta sola logicomoralis, quae
commemoratione et recordatione mortis
CHRISTI absolvitur; verum etiam sacrificium
expiatorium CHRISTI veniamque pec-
catorum eius applicatione et apprehensio-
ne impetrandam conuellat, quam sola vi-
tiae emendatione obtineri existimat, arque
praeterea efficiat, his sacris indignum esse
neminem qui mortis CHRISTI memor acce-
dit, licet reliqua pesime animatus, iisque
neque foedus cum DEO initum instaurari,
neque ad homines diuini fauoris gratiae-
que participes reddendos quidquam con-
ferri praeter obseruationem vnius exiguae
partis innumerorum officiorum hominis
CHRISTI doctrinam amplexi. Sed plura
iam disputauimus quam epistolae conue-
nit. Redeo igitur ad TE, carissime LEEKENY,
TIBIQUE tribus verbis stadii academicici de-

cur-

cursum inoffensum et felicem, laudabilem
proficiendi ardorem, qui ex disciplina
conuictuque quotidiano quatuor annorum
et quod excurrit abunde mihi innotuit,
progressus in rerum sacrarum scientia fa-
ctos atque hoc illorum specimen gratulor,
PEVMQUE O. M. precor vt TE per omnem
vitam sibi vindicatum fortunet, rem TVAM
rectissime agere suaequa ciuitati sancte et
feliciter inservire iubeat, fauorique bene-
fico habeat commendatissimum. In pa-
triam redux parenti meritissimo amicisque
communibus plurimam salutem dicas meis
verbis. Ita vale meique, vt TIBI volo et
cupio, memor viue. Dedi Halae ad Sa-
lam in acad. Frideric. d. III April

CICICCI XXXXIII.

EPISTOLA LII

AD DISPV TAT, XXXVII,

DE

REGNO POSTERORVM A-
BRAHAMI IN AEGYPTODEFEND.
MAXIM. HOPPERT
NORIMBERG.

AESTVMATISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

T 3

Quo

Quo diutius **TE** abitūrientem cunctatione dissertationis expediendae moratus sum, eo nunc breuiores erunt litterae ad **TE** publice dandae, et de disputatione **TVA** et de TEMET ipso, ne operarum typographicarum tarditas protrahatur. Licet enim neque argumentum, quod disputas, excusatione, neque **TE** testimonio et laudatione mea indigere probe intelligam, faciendum tamen putau, ut vtriusque rationem haberem, neque de vtroque nihil hic scriberem. De priore igitur sic habeto. Quum haud ita pridem consilium mihi aperires non discedendi ex hac academia redeundique in patriam sine solemnī industriae et dexteritatis documento, atque tam optionem argumenti quam scriptiōnem ad mē deferres, quod modestiae fuit pariter ac diligentiae, ne a scholis auditionibusque distrahereris: in retractanda et illustranda historia aegyptiaca occupabar, quae in primo volumine historiae vniuersitae a societate anglorum scriptae, me parario edito comparet. Quam ob rem peropportune mihi accidere videbatur, ut commodum locum haberem examinandi nonnullas sententias de regno Israelitarum in Aegypro, in quas vel incideram, dum praeter fontes recentiorum scripta disquirebam et versabam, vel dum offendior fueram, tractandique vbiens

rius et discutiendi curatius, quam in succinctis adnotacionibus fieri potuisset. Quod plurimum simul ipsiusque rei sacrae non sane nihili interesse existimauit. Nam ut historiae sacrae diuinitus in litteras relatae illustrationem ex scriptoribus profanis plurimi facio, si suis limitibus circumscribitur, atque ad leges veri certique exigitur: ita totus abhorreo ab opinionibus et conjecturis, vel alia omnia meditatorum, quae specioso testium exterorum et antiquitatis profanae ambitu ipsaque nouiratis ingeniosae gratia commendabiles scriptores sacros in suspicionem, vel ignorationis rerum enarratarum vel praeteritionis infidiosae, neglectionis saltem inexcusabilis, vel veritatis violatae adducere facile possunt his maxime temporibus suspicacissimis. **TIBI** igitur ventilandam destinaui hanc discussionem, locis sacrarum litterarum illustratis abunde refertam, atque nunc tuendam trado propugnandamque in conflitu publico. Tarditas scriptioris iam voluntatis non fuit, licet cunctatorem agere et soleam et malim, quam labores praecepitare, sed necessitatis: quum liber supra memoratus ante nundinas lipsienses prius finiendus fuit, quam de dissertatione sub nundinis ipsis cogitari potuit. Conuertor nunc ad TEMET ipsum, quem negligere aut vitam, apud nos actam minus

T 4

pro-

probare viderer, si tacitus praeterirem.
 Quod eo indignius foret officiosissimo amore meo in bonos omnes, qui se mihi tradunt formandos; quo familiarior tibi mecum intercessit consuetudo hospitio conuiuetuque quotidiano para. Sesquianum, quem in disciplina mea transegisti, laudabiliter defunctus es partibus industrii bonarum litterarum et sanctioris doctrinae cultoris, a quibus neque destitutus, sed egregie instructus huc concesseras. Praeter aliorum scholas e re tua futuras mihi nunquam desuisti, quoties doctrinam christianam explicaui, interpretes sacros formatum iui, historiam et antiquitates christianas enarraui, libros symbolicos illustrau, animi morumque praecepta tradidi, oracula liturgica, vaticinia Ioeлиis et Maleachi epistolamque Iacobi interpretatus sum, atque notitiam librorum theologorum proposui: ut indefessae diligeniae reliqui nihil feceris. Neque in te quidquam desiderari passus es, quod ad spem optimam faciendam sustinendam superandam et augendam pertinere videtur. Quia in re fore confido, ut a te nunquam discedas, sed exspectationi, quam concitasti facias satis. Peracto ultimo apud nos labore diuinis auspiciis fausto itinere redi in patriam litteris amicissimam, approba ingeniorum arbitris doctrinam, eiusque
 vber-

vberrimos fructus et cape in rem TVAM et
aliis refer, DEOQUE O, M. commendatus mei
memor diu viue feliciter. Dedi Halae ad
Salam in acad. Frideric. d. xxiiii Apr.
CIO IO CC XXXXIII.

EPISTOLA LIII

AD DISPV TAT. XXXVIII,

DE

IVDA SACRAE COENAE
CONVIVA

AVCT.

IO. HENR. GERLING

IVENA-POMER.

VIRO PLVRIMVM REVERENDO HO-
NORATISSIMO QVE

GERHARDO GERLINGIO

PASTORI IVENENSI MERITISSIMO

S. P. D.

PRAESES.

Quod quatuor adhinc annos de me pu-
blice recepi litteris ad TE datis in filii
natu maioris honesta solemnique missione,

T 5

60

eo nunc laetus defungor non humanitatis
et amicitiae magis quam constantiae fidei-
que officio, vt alterum filium ex disciplina
nostra dimittam non sine publica laudum,
quas apud nos consecutus est, commemo-
ratione, meique testimonii si qua est au-
toritate, neque sine iterata gratiarum actio-
ne veraque gratulatione, quas TIBI cumu-
latissime debo et meo et communis utilita-
tis publicae nomine, de qua immortaliter
mereris sollicita filiorum educatione. Non
repetam hic operose, quae in hanc rem
ad TE olim scripsi, sed ea breuiter enar-
rabo, quae effecerunt vt alteri huic filio
non minus cupiam, quam priori, quod
tantum est vt nihil supra. Liberali sumto
TVO sex apud nos stipendia fecit, neque
tot annorum decursu sed laborum pertina-
cia viriumque contentione dudum ad ve-
teranos transiit, tironibus exemplo profu-
turus primosque ordines ducturus. Prae-
ter aliorum auditiones bene multas scho-
lis meis assiduam operam dedit singulas
sanctioris doctrinae partes incredibili in-
dustria obeundo: doctrinam christianam,
sanctiorem virtutis disciplinam et contro-
uersias theologicas disputantem, interpre-
tandi praecepta et exempla praeuenitem
aperientemque prolixius epistolas PAVLI ad
HEBRAEOS, ad CORINTHIOS utramque, ad RO-
MANOS, ad COLOSSENSES, vaticinia MALEACHI
et

et IOELIS, neque minus pericopas epistola-
rum liturgicas, breuius autem quatuor Eu-
angelia, in libros symbolicos commentan-
tem, sermonum pro concione habendo-
rum leges praecipientem, notitiam libro-
rum et bibliothecae suppeditantem, histo-
riam et antiquitates christianas enarran-
tem, meosque disputationibus exercentem
enixissima attentione proficiendique stu-
dio prosecutus est. Neque minorem ani-
mi quam ingenii spem fecit, aequabilem
morum probitatem omni hoc tempore
prae se tulit, nihilque officii et obsequii in
se desiderari passus est. Disputationem pu-
blicam ultimum vitae academicae actum
inferiorem reliquis esse noluit. Solus eam
conscriptis, ut si a colloquiis nonnullis,
consiliorumque in optione argumenti fa-
cienda societate discessero, illius ad me
pertineat nihil omnino quidquam; malui
enim intactum relinquere, nullisque acces-
sionibus augere scriptum licet in nonnul-
lis aliter paullulum sentiam neque, in sub-
ducendis argumenti demonstrandi ratio-
nibus, illis, qui secus opinantur, concede-
re soleam IOANNIS narrationem c. XIII ob-
viam ad ultimam seruatoris coenam de-
scribendam spectare; quam inofficioſa o-
pera mea scriptoris dexteritatem dubiam
aut suspectam facere. Ad conflictum so-
lemnem spectatum ibo gauſumque non
opi-

opitulatum, vltimumque fruar delectatione, quam saepius ex ipsius doctrina cepi abundantissimam. Faxit supremus ingeniiorum sibi consecratorum arbiter rerumque humanarum et omnis mortalium fortunae moderator ut huius aequae ac reliquorum filiorum eximiae dotes commodis publicis inseruiant feliciter, TVQUE, VIR ADMODVM REVERENDE, diu intersis multumque fruaris piae et fortunatae prolis rebus praeclaris et posteritati commendandis. In quinto filio, qui apud nos remanet medicinae studiis addicto, quod mihi aequae ac TIBI approbauit, nihilo secius tamen assiduo scholarum dogmaticarum auditore, si qua potero, ornando iuuandoque neque TVI neque fratrum immemor ero. DEOQUE O. M. semper supplicabo pro TVA TVORVMque incolumitate rarique exempli imitatione frequentissima. Dedi Halae propter Salam in acad. Frideric. d. xiii. Sept.

CICCI XXXXIII.

EPISTOLA LIII
AD DISPUTAT. XXXVIII,
DE
CIRCUMSPECTIONE HAERE-
SIOLOGICA

AVCR.

AVCT.

IO. ANDR. THAL

PALAE-OBRANDENB.

VIRO MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO QVE
ANDR. THALECCLESiarvm DIOCESEOS PALEO BRANDEN-
BURGENSIS SUPERINTENDENTI,ATQVE AD S. GOTTHARDI AEDEM
PASTORI MERITISSIMO

S. P. D.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Licet omni fere litterarum commercio,
officioſo ſaltem, dudum mihi inter-
dictum eſſe probe ſentiam non ſine dolo-
re, atque hos in primis dies, vbi nundinae
Lipſiensis imminent aegrumque et cumu-
latis inſirmitatum inſultibus afflicturn cor-
pus traho, vix neceſſario et indiſpensi-
bili ſufficiam: faciendum tamen putauit ut
aliiquid litterarum publice datarum a me
TIBI redderetur. Ita demum exiſtimauit
redimi poſſe diuturnum silentium meum
diluique negleci officii respondendi ad lit-
teras TVAS humaniſſimas veterisque amici-
tiae pleniflitas, ſi quam TIBI, vi aliis bene
multiis, fecero ſuſpicionem. Intellexi pre-
terea

terea **TVA** aequi filiique ac mea publicaeque
vtilitatis referre plurimi, non ignorari lau-
dabilem studii academicci decursum, quem
filio non magis quam **TIBI** vere et ex ani-
mo gratulor; distinguique ciuium bonae
spei partibusque suis rite defunctorum
missionem solemnem et honorificam ab
aliorum non doctrina sed aere alieno faci-
noribusque onustorum in patriam reditu-
satis illaetabili. Ipsa denique dissertatione
scriptori vindicanda lectoribusque non ex-
cusanda quidem, approbanda tamen esse
videtur. Ordinar ab hac rerum scribenda-
rum parte reditus postea ad bona ver-
ba amorisque significationes. In optione
doctrinae disputandae a filie facta et scri-
ptione breui admodum tempore finita ex-
spectationem meam superauit, neque vel
industriæ studiique vel modestiae quid-
quam in se desiderari passus est: quam ob-
rem post consiliorum societatem factumque
tractationis periculum ipso soli negotium
permisi conficiendum, confectumque ne-
que retractavi neque yllis accessionibus meis
locupletatum iui. Quod excusatione non
indigebit apud eos, qui discrimina differen-
tiationum academicarum librorumque ple-
niorum, et fines quibus illae destinantur
non ignorant. In ipso autem argumen-
to erunt forte qui circumspectionem re-
quirent arbitratii incaute fatis et inconsulte,
neque

neque sine periculo atque veri rectique dis-
scribamine, disputari publiceque commenda-
ri circumspēctionem haeresiologicam no-
stris temporibus, quibus nimia circumspe-
ctione plus peccatur quam excessu et abun-
dantia feruoris, verendumque magis est ne
specioso circumspēctionis et moderationis
nomine omnis errorum vel grauissimorum
impugnatio et necessaria indignatio pes-
sunderur penitus et ex ciuitate sacra pro-
scribatur, quam vt incauti homines com-
mentis errorum sectarumque fictitiarum fa-
bulis circumueniantur. Quo verius cer-
tiusque hanc saeculi calamitatem acerbe nec
ramen temere aut iniuste queruntur, qui-
bus doctrinae purioris castitas curae cordi-
que est; eo studiosius prouidendum omni-
no erit, ne dissertatione haec vel ab incautis
lectoribus aliorum trahatur, vt velificata
errorum patronis, vel incassum saltem et
inconuenienter scripta esse videatur. Du-
pliciter id obtinebitur. Primum enim tan-
tum abest, vt dissertatione perfecta quis-
quam facile huiusmodi quid cum ratione
vel rationis specie suspicari aut vereri pos-
sit: vt potius cuiuslibet apparitum esse ex-
istimemus, huic acque ac opposito malo
medicina parari obuiamque procedi, sa-
tisque consuli securae nauigationi in anci-
piti huius Scyllae illiusque Charybdis tra-
nu, neque confundi veram legitimam et

no 8.

necessariam circumspetionem cum nimia simulata et efficta moderatione circumspetionisque simulacro et vmbra, cui nemo recte medebitur nisi suis limitibus circumscripserit atque ab abusu vindicatam commendauerit genuinam circumspetionem. Deinde incaure admodum ageret et inconsiderate, qui suorum locorum experientia vniuersum orbis ciuitatisque sacrae statum metiretur. Non enim vbiuis eadem malorum et discriminum sacrorum conditio est. Ut alia exempla praetereamus indubitum est inter pontificios, quibuscum nostratis frequens admodum res est, barbariem hanc haeresiologicam nimium quantum grassari, atque his armis pugnari. Quod satis recenti scripto comprobabo, ut impudentiae multis forte incredibilis visae fidem faciam. Edidit paucos abhinc annos CASPAR PONGRACZ DE SZ. MIKLO ET O-VAR, S. S. Theol. Doctor, Protonotar. apostolicus, E. M. Strigonienf. Canonicus et exemptae eccles. papiensis parochus, *antedotum vniuersale saluberrimum ac summe necessarium contra morbos acatholicorum Hungariae ac praeferim odii maxime noxii pestimas inflammaciones, quibus in nostrates catholicos semper ardent, ex pluribus et diuersis spiritualibus ceu totidem pro salutari meditatione punctis, rite et copiose paratum;* quod sancto STEPHANO in-

inscribitur, atque, post considerationes duodecim perquam inuerecundas, appendicem copiosissimam exhibet, quinque partes complexam: prima agit de zizaniis haereticorum colligendis; secunda de legali, decretali, patrio seu patriae proprio regni Hungariae per Deum et sanctos iuramento; tertia absolvitur iterata editione historiae mendacissimae et insulsæ, si quid vñquam, a GABRIELE PRATEOLO conscriptæ tragica historia genuina atque primaœua ac verissima horum temporum haeresiarchæ praecipui exmonachi Martini Lutheri et Lutheranorum cum sua simul damnata doctrina vna cum historia Caluini et Caluinianorum; quartam efficit catalogus sectarum horum temporum vel ex solo ipsius exmonachi Lutheri haeresiarchæ pseudoeuangelio natarum et propagatarum; quam quinta excipit descriptio oppidi Papa. Reliqua non solicitabo, sed duplœm, quem proposuit, catalogum sectarum Lutheranarum, incredibile monumen-
tum haeresiologicum, transscribam sine confutatione. Vnus desumitur ex LINDANI ruremundensis dubitantio, atque euangelicorum tres classes constituit: in prima euangelicorum seu Lutheranorum classe comparent 1) Illyricani, 2) Maiorani, 3) Antinomi, 4) Mansfeldenses, 5) Ienenles, 6) Osiandrini, 7) Stancariani, 8) Muscu-

lani, 9) Iustificatorii, 10) Pfeffingeri, et 11)
 Pastillarii; in altera semilutheranorum 1)
 interimistae, 2) adiaphoristae, 3) luteroos-
 andriani, 4) luterozvvingiani, 5) vbiquesti-
 ii, 6) belliani, 7) heshufii, 8) Melanchto-
 nici, 9) Frontoes, 10) pneumatici, et 11)
 interopapistae; in tertia antilutheranorum
 1) sacramentarii, 2) Zwingiani, 3) Oecolam-
 padiani, 4) Martyriani, 5) Bucerani,
 6) Farellistae, 7) Caluinistae, 8) Bezani-
 tae, 9) Boquinii, 10) Richerii seu Marcio-
 nistae, 11) Valentiniastae, 12) Seruetiani, 13)
 Alascani, 14) Campanistae, 15) Hamstedi,
 16) Suencfeldiani, 17) Postellani, 18) Dei-
 stae seu Trinitarii, 19) Antimariani, 20)
 Anabaptistae, 21) Muntzerici, 22) Aposto-
 lici, 23) Nudipedes, 24) spirituales, 25) ca-
 thari, 26) tacentes, 27) Euchyrae, 28) En-
 thusiaстae, 29) Adamitae seu Adamiani,
 30) Mennonitae, 31) Tibbae, 32) Maliapi,
 33) liberi, 34) Adiaphori, 35) Huitiae, 36)
 Ambrofiani, 37) Augustiniani, 38) Mel-
 chioritae, 39) Monasterienses, 40) Clancu-
 larii, 41) Manifestarii, 42) Baculares, 43) scri-
 pturarii, 44) Ollarii, 45) Dauidgeorgiani,
 46) Batenburgici, 47) Pacifici, 48) pastori-
 cidae, 49) fanguinarii, 50) Aegidiani, 51)
 bertini, 52) quintinistae, 53) antichristiani,
 54) daemoniaci, 55) daemonicolae, 56) epi-
 curei seu arhei: istha ec est Martini Luthe-
 ri quinti euangelista & genealogia seu po-
 steri-

steritas et successio. Alter index ineptiis
refertior est et malitiosior ex STRAPHYLO col-
lectus, quo lutherani in tres ordines diui-
duntur anabaptistas, sacramentarios et ho-
mologistas seu confessionistas, qui prote-
stantes ecclesiaстae nuncupantur: ad pri-
mum ordinem referuntur hae classes 1)
munitzerani, 2) Adamitae, 3) Stebleri, 4)
Sabbatharii, 5) Clancularii, 6) Manifestarii,
7) daemoniaci, 8) communiahabentes, 9)
condormientes, 10) eiulantes, 11) georgi-
dauidici, 12) mennonitae, et 13) polyga-
mistae; ad secundum 1) significatiui, 2) tro-
pistae, 3) energici, 4) arrabonarii, 5) ad-
essenarii, 6) metamorphistae, 7) Iscarioti-
stae, 8) neutrales sacramentarii, 9) icono-
clastae; tercius autem in tres alios ordines
dispescitur rigidorum confessionistarum,
quorum pertinent 1) Antinomi, 2) Samosfa-
renici, 3) infernales, 4) infernales alii, 5)
antidaemoniaci, 6) Amsdorffiani, 7) anti-
diaphoristae, 8) Antosiandrini, 9) Anti-
zuenfeldiani, 10) anticaluiniani, 11) manus-
impositarii, 12) bisacramentales, 13) sacer-
dotiales, 14) inuisibilis; mollium deinde
confessionistarum, quo referuntur 1) bibli-
stae, 2) adiaphoristae, 3) trifacramentales,
4) quadrifacramentales, 5) luterocaluiniani,
6) semiosiandrini, 7) maioristae, 8) poen-
tentiarii, 9) nouipelagiani, 10) syncrerenan-
tes; et extraugantum denique confessio-

V a

nista

nistarum, qui sunt 1) Suencfeldiani, 2) Osandrini, 3) Stancariani, 4) antistancariani, 5) nouipelagiani, 6) nouimanichaei, 7) manichaei et marcionistae caluiniani; hae porro sectae generali appellatione his nomenclaturis vulgo nuncupantur 1) hugonistae, 2) euangelici, 3) sacramentarii, 4) sectarii, 5) idololatralia haeretici, 6) cacangeli, 7) fanistae, 8) falsi prophetae seu pseudapostoli. Sed diuertendum est ab hac excursione redeundumque ad TE, VIR MAX. REV. cui filium gratulor probum, veri rectique cupidum, a natura, labore, industria, bonis litteris et sanctiore doctrina instructum, qui quartum annum mihi obsequium, officium, diligentiam proficiendique ardorem probauit, quemque assiduum auditorem habui in scholis dogmaticis, theologiae moralis, interpretationis vaticiniorum IOELIS et MALEACHI, epistolarum ad ROMANOS, COLOSSENSES et HEBRAEOS atque IACOB, et sectionum liturgicarum euangelicarum, illustrationis praeterea librorum symbolicorum, historiae sacrae et antiquitarum christianarum, hermeneuticis adhaec, homileticis, polemicis atque asceticis. Perpetuer DEVS indulgentissimus atque fortunet haec dona sua TIBIQUE laeta diu aliisque proficiunt esse iubeat. De mea autem in TE filiumque voluntate sic iudices velim, me quibusunque rebus potero, quamquam videam qui sum

sim et quid possim, studio certe et suppli-
cationibus commodis vtriusque praestō fu-
turum nullamque opportunitatem negle-
cturum significandi quantum et TIBI cu-
piam et filio faueam. Ita vale in rem ci-
uitatis sacrae atque de utilitate publica, fa-
milia, nostraque amicitia diu bene merere.

Dedi Halae propter Salam in acad.

Frideric. d. xviii. Sept.

CCDCC XXXXIII.

EPISTOLA LV

AD DISPVVTAT. XXXX,

DE

DISCRIMINE REVELATIO-
NIS ET INSPIRATIONIS

AVCT.

IAC. DIET. LITZMANN

NEO-RUPPIN.

RESPONDENTI AESTVMATISSIMO

S. P. D.

PRAESES.

Quod ineunte vere et autumno quotan-
nis euenire solet in ciuitatis academi-
cae vicissitudinibus, nouorumque colono-
rum aduentu veterum autem discessu, ut
hac ipsa emigratione ciuium non parum

V 3

aut

aut mediocriter commouear, atque in primis boni et optimi cuiusque abitu acutissimo sensu laetitiae non magis quam doloris et tristitiae afficiar, mihique cum vberimum laetissimae spei prouentum animo praecipere, tum illaetabilem praesentis voluptatis et delectationis iacturam facere videar: illud de TUA fratrisque decessione magnopere nunc experior, quos ex disciplina, vsu et familiaritate difficulter et aegre nec sine aliquo moerore et pene dixerim ingratis dimitto. Tantum tamen abest ut vitio id VOBIS vertam et exprobrem, aut huiusmodi dolorem indigner, eumque et indolentiae et laetitiae longe preferendum esse negem, quae illorum itinera comitatur, qui vel praceptoribus nunquam innotuerunt, vel ad perniciem auerruncandam proscriptione, abeundi consilio, parenturaque tempestive monitorum et exoratorum iussu expelluntur: ut potius de hoc ipso dolore laciter, VOBIS mihique gratuler, innumeros VESTRI similes cupiam, et praecclare cum doctoribus academicis auctum iri existimem, si nullos haberent discipulos quam mature sollicitos de praceptoribus ita demum, sed aliter nunquam, contristandis. Grato hoc et exoptatissimo dolore abunde redimerentur incomoda, quibus labores academicci operis doctorum deteriores sunt, qui in
co-

coetibus sacris ad DEI cultum et religio-
nem formandis elaborant. Hi enim, quum
auditores maximam partem eosdem et
perpetuos habent, tam diuturniore oppor-
tunitate gaudent explorandi perspiciendi-
que illorum animos, accommodandi per-
suadendi insinuandique iisdem doctrinam
et seuerioris virtutis disciplinam, praestoi-
landi etiam patienter felicem institutionis
successum, quam, si quos DEO lucrari chri-
stoque conciliare licuit, longiore gaudio,
vsu, fructu et solatio eorundem perfruuntur.
Quae in continua auditorum acade-
micorum ad doctrinam virtutemque infor-
mandorum permutatione, nouorum ac-
cessione veterumque decessione, aliter o-
mnia se habent: vbi et perpetua studii
haud exigui iteratione opus est ad per-
noscendum ingenia, animos, studia, mo-
rcs, profectus aduentantium, et institutio
in plerisque abiturientibus acceleranda co-
arctanda vrgenda ac fere praecipitanda,
et quo quis melius proficit, eo dolentius
breui eripiendus. Nolo hanc contentio-
nenem vltterius prosequi, sed ad TE fratrem-
que redeo atque ea, quae copiosissime di-
ci possent, strictim et aceruatim comme-
morabo: vt appareat quibus rationibus
initis effeceritis vt abitum vestrum iam
longe hilarius doleam, quam in aliorum
fuga indignabundus laetor; quod certe

V 4

con-

consequuturi non fuissetis, nisi et partibus
vestris laudabili virium contentione, in-
defessa industria, bonae mentis studio,
morum honestate, modestia, obsequio,
progressibusque factis defuncti essetis, et
in hac disciplina maturuissetis, et praece-
ptoribus vestris intimius innotescere stu-
diaque approbare eosque auctores sequi
consciosque consiliorum laborum ac pro-
fectuum habere voluissetis. Quatuor an-
nos integros et continuos non otiose sed
laboriosissime hic transegistis, eoque tem-
pore quum doctrinam christianam expli-
carem, morum disciplinam docerem, con-
trouersias theologicas discuterem, interpre-
tandi regulas praeciperem, antiquitates et
historiam populi christiani enarrarem, e-
pistolas ad Romanos, Philippenses, Co-
lossenses, Hebraeos atque Iacobi et euangeli-
a liturgica interpretarer, libros sym-
bolicos illustrarem, oratores sacros for-
marem, notitiamque librorum theologicorum
proponerem lateri meo indiulli co-
mites laborum adhaesistis, atque aliorum
scholis philologiae sacrae, philosophiae,
matheseos, iuris canonici et historiae ve-
teris testamenti eadem industria interfueritis.
Neque iam sine publicis scientiae et dex-
teritatis documentis discedendum esse ex
academia putastis, quae vobis vere gratu-
lor atque fausta et felicia esse precor ac
au-

auguror. Agite nunc, carissimi commilitones, quos ultimum amplector, deoque et patriae reddo, atque ex oculis cura et moderamine dimitto, ex animo autem memoria et amicitia, si per vos licuerit, eripi non patiar, date hoc dolori meo alleuamentum ut mutato loco mentem amoremque non immutetis, neque a vobis met ipsi discedatis, sed spem, quam fecistis amplissimam, confirmetis et impleatis, doctrinam, quam imbibistis, et disciplinam, cui adhuc dedecori non fuistis, fructibus exornetis meique, si meruero, memores vivatis feliciter, atque aeternum valeatis.

Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric.

d. xvii Apr. cccc xxxv.

EPISTOLA LVI

AD DISPUT. XXXI,

DE

PROPAGATIONE ET GRADIBVS PECCATI ORIGINALIS

AUCT.

IO. FRID. LITZMANN

NEO-RUPPIN.

V 5

AESTVM.

AESTVMATISS. RESPONDENTI
S. P. D.
PRAESES.

Eorum, quae in litteris ad fratrem **TVVM** datis de communibus per omnia rebus studiisque **VESTRIS** meaque in vos voluntate scripsi, nihil hic repetam quidquam; quum ad **TE** aequae pertineant quam ad fratrem, quo aetate duntaxat inferior fuisti: sed de vtriusque disputatione sententiam dicam, meique iudicij testimonium dabo, quod fidei debeo, in quam concessistis atque has operas **VESTRAS** tradidistis. Argumenta dissertationum ipsimet elegistis, non tamen sine consulto meo, **VESTRIQUE** optione ex indice argumentorum commode disputandorum a me edito haec **VOBIS** designasti, quae ibi locum XXXXIII et XXXXIII atque LXI et LXII occupant. Neuter enim vnius argumenti seorsim a me propositi limitibus industriam circumscribendam existimauit, sed longius **VOBIS** stadium decurrendum sumfistis in pertractando simul argumento, quod proximo loco comparebat, reique natura cum praegresso arctissime cohaerere videbatur. Quamobrem factum est, ut frater licet potissimum *discrimen revelationis et inspirationis* disputeret, obiter tamen vindicisis *inspiratio-*

Spirationis librorum diuinorum scribendis per-
fungatur: tv vero non solum de propagati-
one peccati originalis verum etiam de gra-
dibus huius peccati, quod satis est, edifferas
ea copia, quae duabus disputationibus aca-
demicis sufficeret. Praestantia et digni-
tas horum argumentorum cuius lectori
rerum sacrarum gnaro haud difficulter ap-
probabitur. Pauca tamen memorabo ut
evidenter appareat, cur illa disputanda
olim proposuerim, et iam a vobis pertra-
ctari gaudeam. Doctrinam a fratre dispu-
tatam destinaui potissimum et confirman-
dae disputationi meae tertiae de dictis scri-
piurac sacrae probantibus, et conuellendis
felicius recentiorum plerorumque hostium
libris diuinitus scriptis infensorum obie-
ctionibus, quorum callidissimus quisque in
confundenda reuelatione strictius sumta
cum inspiratione insigne caussae despera-
tae praesidium quaerit, quod in primis a
THOM. CHVBBIO factum est, tam in an enquiry
concerning the books of the newv testament,
vhether they vvere vritten by diuine inspi-
ration, quam in the true gospel of Jesu Christ
librique perniciosissimi defensione the true
gospel of Jes. Chr. vindicated. TVAE dispu-
tationis argumentum vtrumque opponen-
dum esse duxi nouatrientibus nonnullis
ingeniis, qui ad peccati originalis reatum
eleuandum varia comminiscuntur, quibus
vel

vel implicatiorem difficultatibus illius propagationem esse, quam ut extricari aut intelligi possit, vel morbum potius quam peccatum constituere huius mali quidquid demum fuerit, efficere satagunt. A quo errore parum abest sententia de corpore sede huius peccati proxima et principe, ad quam recentissime, quod tunc prouidere non poteram, scriptor satis elegans novis aut instauratis potius coloribus ornandam annis est, quibus simul obuiam iuisti. In conscribendis his disputationibus iraversati estis ambo, vt, si a primis consiliis ad stamina telae pertexendae ducta discesfero, meas in illis partes omnino nullas fuisse ingenue fatear. Quod voluntatis aequa fuit, vt vobis relinqueretur integrum, in quo laudabile virium periculum fecistis progressuumque documentum dedistis; quam necessitatis, quum eo tempore, quo scripta a vobis mihi tradebantur, adeo obtutus et circumseptus laboribus tenerer, vt vix suffecerim ad ea accuratius ante perlengenda quam librario committerentur, de accessionibus autem ne cogitauerim quidem. Quarum tamen vnam saltē alteramue hic adiiciam, vt relectas a me esse probatasque dissertationes apud vos aliosque certius constet, sed quales homini negotiosissimo in mentem venire solent. In fratribus disputatione exeunte ad locum pa-

linum

linum ex I COR. VII obseruatu dignum vi-
detur, tum aperte a PAVLLO excitari MAT-
THAEI euangelium, vbi verba CHRISTI le-
guntur, ad quae prouocat, quod praeter
locum PETRINVM II Ep. III com. XV vnicum
euidens plane et indubium exemplum est
noui testamenti in eodem allegati, eorum-
que officias dispellit, qui recentissime MAT-
THAEI euangelio antiquitatem et diuinita-
tem abiudicatum iuerunt; tum etiam exi-
mium ibi testimonium perhiberi de inspi-
ratione horum sermonum CHRISTI ab au-
ditore ipsius in litteras relatorum, ad quo-
rum notitiam reuelatione plane opus non
fuit. Ad TVAM disputationem luculentum
locum indicabo ven. CHRIST. EBERH. WEIS-
MANNI, qui serius mihi aliud agenti in ma-
nus incidit, quam vt eius TIBI copiam ci-
*tius facere potuerim: agit is in *institutioni-**
**bus theologie exegetico dogmaticis loc.* VII p.*
CCCCXXV et seq. de gradibus peccati
originalis, qui in prima eius apud singu-
los origine deprehenduntur, atque doctrinam
peccatum originis in se aequale per proxim-
mos parentes auctum in aequali gradu propagari,
ira confirmat et illustrat, vt cum tuis
cogitatis conferri mereatur. De publico
conflictu nihil vaticinabor, licet confiden-
ter sperem neutiquam a me exspectatum
iri, vt securam vobis praestem defensio-
nem: neque prolixiores reddam has litte-
ras,

ras, quibus finem imponam, si iterum TRIBI fratrique vitam academicam feliciter actam et honorifice finitam gratulatus, DEVMQUE o. m. cui haec beneficia debetis, per reliquos vitae actus praesentissimum prouidentissimumque comprecatus fvero.

Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric.

d. xvii Apr. cccc xix cc xxxxxv.

EPISTOLA LVII
AD DISPUTAT. XXXXII,
DE
PAVLLO GENTIVM APO-
STOLO
CONTRA
THOM. MORGANVM
AVCT.
CHRISTIAN. ERN. a WINDHEIM
WERNIGEROD.

RESPONDENTIA ESTVMATISSIMO
S. P. D.
PRAESES.

Opportunitatem dudum aucupatus signifi-
candi publice, quanti faciam officio-
sissimum

sissimum in me amorem TVVM, post alia
documenta bene multa, commentatione
DE HEERAEORVM VAV CONVERSIVO FVTVR-
RVM edita mihique honorifice inscripta de-
claratum, eam tandem et satis bellam qui-
dem na&ctus esse mihi videor, quum me
comite cathedram theologicam conscendis:
quod, ut sine gratulatione mea, meique
testimonii, si qua est, auctoritate fiat, nul-
lus committam. Breuiores tamen habebis
litteras prolixissimae voluntatis in TE meae
testes, quod neque operas typographi mo-
rabor, neque iam vaco ad bona verba, ne-
que benevolentiam prudens quisquam ser-
monis longitudine aut magnificentia me-
tietur, neque laudatione indigent quae ho-
norificentius narrantur. Multa igitur stri-
ctim et circumscripte commemorabo, quae
et de TEMERIPSO et de argumento, quod
disputas, et de dissertatione TVA vel maxi-
me scribenda esse existimo. Quatuor an-
nos integros in disciplina nostra laudabili-
lem sanctiori doctrinae operam dedisti,
neque cum bonis litteris et scientiis in gra-
tiam rediisti ynquam, quibus neminem iu-
uat vti placatis, etiam si facile concilien-
tur. Ut aliorum scholas praeteream ad
philologiae, philosophiae, matheos et
iuris canonici intelligentiam comparatas,
sedulo me audiuisti dogmata christiana
docentem, sanctiorem morum animique
doctri-

doctrinam explicantem, regulas hermēneuticas et homileticas praecepientem, epistles ad Romanos, Philippenses, Colossenses, Hebraeos atque Iacobi, vaticinia etiam Ioeлиis et Malachiae interpretantem, controversias theologicas disputantem, libros symbolicos illustrantem, antiquitates et historiam ciuitatis christianaenarrantem, librorumque notitiam praeeuntem. Neque studium linguarum recentiorum, quibus hodie aegre caremus, neglexisti; aliorum praeterea ad litteras formandorum periculum fecisti; neque nunc demum in lucem prodis, sed praeter commentationem philologico criticam cuius supra mentionem feci, aliam edidisti in arduum illud oraculum, quod DEVTER. VI, cōm. 4 legitur. Vnde satis cuique apparebit, temporis academici a TE nihil admodum otio datum, aut male collocatum fuisse. Argumentum, quod iam disputas, ex indice olim a me scripto, vbi locum occupat octauum, industriae rvaе designasti, mihiq[ue] optionem eo facilius approbasti, quo difficilius ab alio linguae anglicanae ignaro, praesidiisque historicis destituto negotium destinatum confici posse praeuidebam. Postquam enim intellexeram THOM. MORGANVM, recentissimum doctrinae CHRISTIANAE obrectatorem, ex venerabili coetu hominum DEO familiarius vforum
at-

atque diuinitus actorum ABRAHAMVM potis-
simum, IOSEPHVM, MOSEN et PAVLLVM sibi
sumfisse maledica criminatione traducen-
dos et huius inprimis nescio quam disces-
sionem a reliquis scriptoribus sacris CHRI-
STIQUE legatis atque inexcusabilem vniuer-
sae rei diuinae immutationem felici suc-
cessu confirmatam incautis lectoribus im-
ponere: fore e re christiana putaui, si pe-
culiari opera conuelleretur commentum
hoc perniciosissimum, eoque consilio illud
argumentum vindicandum indici inferui.
Quam dextre et feliciter prouinciam TIBI
demandatam administraueris, integrum erit
penes lectores iudicium, quod ferre non
occupabo. TUA tamen meaque plurimi
referre arbitror intelligi ab omnibus, in
conscriptenda poliendaque dissertatione, si
a primorum consiliorum societate libris-
que nonnullis commodatis discesserint,
meas fuisse partes omnino nullas: quod
TE opis ferendae minus indigum noueram;
neque amplificandum esse accessionibus ar-
bitrabar scriptum, cui relegendō aegre
suffeceram, retractando autem, etiam si opus
fuisser, aliis laboribus distractus plane im-
parem me sentiebam; neque ubi rationes
aliter forte subducturus aciemque aliquan-
tum immutatam instructurus fuisse, er-
rasse TE admodum perspiciebam. Solus
igitur fruere et laude, quam mereris, in-

dustriae laborisque, et gratia, quam apud
lectores inibis, caussae sanctissimae dili-
genter et studiose actae. Plura non cu-
mulabo, neque animo indulgebo ad pre-
ces supplicationes et vota pro salute TVA
hic effundenda, quae et coram et apud
DEVM commodius dicuntur. Id vnum ta-
men TE rogo et per amorem nostrum pu-
blice obtestor, ut generosum ad litteras
impetum, cui adhuc nec calcar nec mo-
nitor opus fuit, per omnem vitam sustineas
ac continues, de doctrina sacra et
scientiis bene ac praeclare merearis, at-
que disciplinae, cui TE tradidisti, studio-
rumque communium meique amoris me-
mor aeternitati viuas feliciter. Dedi Ha-
iae ad Salam in acad. Frideric. d. iv.

Mai. MDCC XXXXV.

EPISTOLA LVIII
AD DISSERTAT. PHILOSOPHICAM
DE
LEGIBVS AC POENIS CON-
VENTIONALIBVS IN GE-
NERE
PRAESIDIS
M. HERM. IAC. LASII
ET

ET RESPOND.

IO. LVC. SCHROEDER

WOLLINO-POMER.

*CLARISSIMO PRAESTIDI
NOBILISSIMO QVE RESPONDENTI*

S. P. D.

SIG. IAC. BAVMGARTEN.

Etsi hos dies habeo negotiosissimos, a me tamen impetrare non potui, ut vobis disputaturis deesse videar. Nam, nisi aliis neque vobis forte mei amantis simis, mihi certe viderer officii et amicitiae leges migrare, mihiique parum constare, si oppugnationis publicae prouinciam a vobis mihi demandatam detrectarem. Apprime intelligo, quanti referat academiarum, disperandi exercitia foueri, omnibusque modis prouehi, neque nobillem hanc ingeniorum palaestram negligi aut destitui. Quare non concedo, ut hac in re vllae partes meae desiderentur. Amore vero et amicitia utriusque VESTRVM ita deuinctus sum, ut VESTRVM de me iudicium indignaturus essem, si nec ad maiora et grauiora VESTRVM caussa suscipienda me paratissimum fore existimaretis. Clarissimus Praeses, ex quo in academiam no-

X 2

stram

stram concessit dexteritatem doctrinamque, in academia patria Gryphica et Ienensi comparatam, in publica luce hic explicaturus, voluntatem aduersus me suam abunde significauit, mihi que ne viso quidem antea disputationem inauguralem inscrisit, et eius defensione solemni aliisque occasionibus, quoties me priuatim conuenit, ingenii vires, eruditionem animique modestiam mirifice approbauit. Respondens autem aestuatisimus diuturnorem amorem meum, paterna commendatione proficiendique ardore, quem ut mihi innotuit prae se ferebat, conciliatum, officiosissime coluit, lateri meo induulsi adhaesit, consiliorumque et studiorum suorum participem me atque auctorem esse voluit, atque adeo in familiaritatem et fidem meam plane concessit. Iure igitur VOEIS cupio, carissimi disputantes, plurimos facio, praecclare de vobis sentio et praeclarius spero. Specimen industriae viriumque publicum ex animo gratulor, DEVUMQUE O. M. veneror supplex, ut studiis vestris faueat, valerudinem vtriusque infirmitatem confirmet, operamque VESTRAM utilitati publicae litterisque prodesse iubear. A me nihil postulabitis et expectabitis, in quo VESTRAS cogitationes, quas compcri aequissimas, non vincere studebo. Vale-

te

te et rem VESTRAM agite rectissime. Dedi
Halae propter Salam in acad. Frideric.
d. vii nonar. Oct. anno
CIO IO CC XXXX.

EPISTOLA LVIII
AD DISS. PHILOLOGICAM,

DE

SENISV

Pf. XXII Comm. XVII

PRAESIDIS.

M. IO. DAV. MICHAELIS

HALENSIS

ET RESPOND.

CHRISTOPH. IAC. NEVMAYER

MAGDEB.

CLARISSIMO PRAESIDI
NOBILISSIMO QVE RESPONDENTI

S. P. D.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Gratius mihi a VOBIS acceptiusque haud
facile accidere potuisset quidquam
labore hoc VESTRO, quem suscipitis, mi-
hi que
X 3

hique imponitis. Mirifice delector frequentioribus ingeniorum fructibus academicis. Valde cupio palaestrae solemini litterariae. Impense amo litteras, quas disputabis. VOBIS VERO, DISPVNTANTES CARISSIMI tantum volo, quantum velle VESTRVM amantissimus potest. Clarissimus praeses dudum apud me gratiosissimus fuit, quod litteris publicis iam testatum feci, redditis simul rationibus: nobilissimum autem respondentem in diligentissimis auditoribus habeo eamque ob rem plurimi facio, Laetus igitur capesso prouinciam a VOBIS mihi demandatam ira administrandam, ut et doctrinae dexteritatique vestrue omnibus publice approbandae consulatur, et amicitia nostra nihil detrimenti sed noua incrementa capiat. Luctabor VOBISCVM amicissime, victoriamque certam praestabo. Agam, vel simulabo potius hostem, quoniam ita vultis, iubetis, quoad licebit homini defatigato viribusque infraecto, ut qui intra unum mensem in illa arena septimum compareo, atque ab otio ad vires instaurandas, arma expedienda telaque acienda penitus intercludor. Voluntate saltem promptoque officio VOBIS satisfaciam, reliqua excusabit solemnis Romanorum in cretionibus formula: QVANTVM SCIAM POTEROQUE. Prolixiore epistola vos non tenebo, prolixissimum amorem studiumque meum

meum non verborum multitudine, sed conscientiae veritate factisque mensurus. Quare breuisime, licet non obiter neque ex consuetudine, sed vere et enixisime labores VESTROS, praeclarum hoc eruditio[n]is specimen, instansque certamen gratulatus, fausta[re] et fortunata quaevis ab indulgentissimo DEO VOBIS VESTRISQUE comprecatus, id vnicum vos rogo, atque, si fas est, obtestor ut eodem me amore prosequamini, quo vos a me foueri obseruarique sentietis: dedi Halae ad Salam in
acad. Frideric. d. xxiiii Octobr.

CICCI CC XXXX.

PISTOLA LX

AD DISPVT. MEDICAM INAVGVR.
CAROL. ANHARDI ADELVNGI

VRATISLAV.

DE

PROLAPS V INTESTINIRECTI
PRO TVBERCVLIS HAEMOR-
RHOIDALIBVS PERPERAM
HABITO

NOBILISSIMO CANDIDATO

S. P. D.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

X 4

Vlde

Vldebor nonnullis et otio abutī et temeritatis suspicionem facere et TIBI minus consulere his ad TE datis litteris, parum fateor aut nihil admodum auctoritatis fideique in TE collaudando habituris. Sicut enim artificem vere et laudabiliter laudare aut aliis commendare alius nemo potest, quam artis peritus, illius faltem non penitus ignarus; ira certe a concelebrando medicinae alumno publicaque applaudentium societate cauerem mihi, cui quamvis adeo felici esse haud licuerit ut medicos effugerim, in medicina tamen praeter obsequii honorem nihil relinquitur quidquam; nisi aliae rationes efficerent ut ex numero amicorum, qui TIBI cupiunt, honoresque academicos gratulanter exsulare nolim. Parentem TVVM, priscae fidei et antiquae explorataeque virtutis virum, quales in hac deficiens mundi faece facilius et frequentius desiderantur quam iuueniuntur, plurimi facio nulla quidem consuetudine, magna tamen multaque et vnamini bonorum testificatione cognitum. Praeceptoribus, quos in pueritia et adolescentia habuisti de TE bene meritos, valde volo, eorumque fidem in TE formando collocatam dudum suspexi aemularique in meis studiis. Accessit tandem conuietus quotidiani communio familiaritasque, qua euixissimum aliis inseruendi studium,
quod

quod medicum mirifice commendat, et laetus perspexi et ipse expertus sum. Non temere igitur et arroganter compareo, neque hoc quidquid est, non iudicii de **TE** mei, sed bonorum verborum voluntati in **TE** meae singulari omnino magis quam officio deberi existimo. Gratulor **TIBI** parentes et praceptoribus **TVI** studiosissimos, quorum supplicationes non destituet indulgentissimus **DEVS**, decursum stadii academici periculosi admodum et turbulenti, factosque progressus exspectatione maiores atque hoc eorundem documentum publicum vna cum honorifico amplissimi collegii medici apud nos de **TE** iudicio conferendisque honoribus. Faxit **DEVS O.**
M. vt his bonis diu, bene et ex voto fruaris, et alios et **TE** ipsum superes, multorum saluti profis, aeternitati **TE** vindices, **TVAMQUE** rem semper agas rectissime. Ita vale meique memor viue feliciter. Dedi Halae ad Salam d. ix Nouemb.

M D CC XXXX.

EPISTOLA LXI
AD DISSERTATIONEM
M. C H R I S T. R O S E

R V P P I N.

X 5

DE

DE
**AVGVSTO CONTRARIA ME-
 DICINA CVRATO.**

CLARISSIMO ARTIVM LIBERALIVM
 MAGISTRO
 ET MEDICINAE
 CANDIDATO
 S. P. D.
 D. SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Valde vererer ne temeritatis et imprudentiae suspicionem facerem opugnando dissertationem medicam inaugurem in conflictu solemini, nisi rationes haberem aequis rerum arbitris facile approbandas, quae hoc quidquid est formidinis excuterent animumque confirmarent. Licet enim a medicina procul abesse, et medicos fugere quam frequentare malim, ipsamque medicaminum ignorationem cupiam; neque ex vasta rerum a studiis meis remorarum scientia laudem affectem, hominum, qui in omni disciplinarum ambitu nihil se nescire iactitant, arrogantiam semper indignatus; neque tandem otio ita abundem ut temporis fallendi opportunitates

tates aucuper: nihilo tamen secius huma-
nissimae ad publicum certamen in uitationi
TVAE, litteratissime ROSI, deesse nolui;
quod litterarum elegantiorum omnisque
antiquitatis cultioris studio tantum semper
tribuisti, communesque has eorum, qui
humanitati et bonis litteris volunt, deli-
cias cum artis medendi scientia in ipsa hac
dissertatione adeo feliciter coniunxisti, ut
ipsi neque Aesculapii sacris iniciati, neque
opis medicae indigi a consuetudine et
disputatione TVA non arceantur. Compa-
rebo igitur in palaestra academica, vt offi-
ciosissimae voluntati meae in mansuetiores
litteras, amorque in TE earundem studio-
fissimum satisfiat. Tanti enim TE feci,
ex quo proprius mihi innotuisti, meque TR-
BI conciliasti nullo parario praeter com-
mune antiquitatis elegantioris studium,
quanti hae litterae, eximum theologi ae-
que ac medici adminiculum et praesidium,
fieri merentur. Quibus praeclara quaevis
de TE laetus auguror non leuiter, sed cer-
tis primitiarum indicis motus, si beni-
gnissimum numen annuerit, ac vitam, oti-
um et opportunitatem suffecerit. Quod
vt eueneriat, et immortalia medicorum de
his litteris merita per TE, REINESIOS, RIVI-
NOS, CONRINGIOS, MEIBOMIOS nostrates, et
exteros PATINOS, SПONIOS, VAILLANTIOS,
VAN DALENIOS, BARTHOLINOS aemulatum,

no-

nouis accessionum incrementis augeantur
ex animo precor. Vale, atque rem TVAM
et litterarum age rectissime. Dedi Halae
in acad. Frideric. d. xxviii Octobr.

CIC 13 CC XXXXI.

EPISTOLA LXII
AD DISPV TATIONEM
DE
FIDEI IN CHRISTVM IN VE-
TERI TESTAMENTO
EXISTENTIA

PRAESIDIS
D. BENED. GOTTL. CLAVSWITZ
ET RESPONDENTIS
I O. F RID. BARTHII
GREIFFENBERGA-VCARO-MARCH.

AESTVMATISSIMO DISPV TATIONIS
DEFENSORI
I O. FRID. BARTHIO
S. P. D.
SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Cur

Cur ad oppugnandam disputationem
TVAM inuitatus facilem me promptum-
que exhibuerim, publicumque conflictum
recepere, rationes habeo, et plures, et
cuius haud difficulter approbandas. Quas
breuiter explicabo, ne ipsa partium in con-
certationum academicarum solemnibus
susceptarum frequentia, aliis magis, quam
TIBI, otii, aut contentionis, aut mentis,
in doctrinas impugnatas ipsamque verita-
tem male animatae suspicionem faciam.
Reuocabo illas ad tria capita. Vnum pro-
lixissimo in haec exercitia amore meo ab-
soluitur. Alterum amicitiae studiique in
PRAESIDEM summe reuerendum officiis con-
tinetur. Tertium denique ad TEMET ipsum,
meamque aduersus TE voluntatem perti-
net. Ordinar ab eo, quod latius patet, at-
que facit, ut saepius in palaestra acade-
mica compaream, non solum ubi mode-
ratoris, sed impugnatoris prouincia admini-
nistrandâ est, neque doctrinâs a theologia
distinctas, quas non ignoro, disputare de-
cretem. Scilicet, ex quo experiendo per-
spexi, sapienter a maioribus publicarum
disputationum constitutione ingenis acu-
endis consultum, atque iurisiurandi reli-
gione doctoribus academicis imposita, iis-
dem a neglectione cautum fuisse, nullam
opportunitym praetermissi prouidendi, ut

lau-

laudabilis illa exercitatio vigeret, atque
in rem iuuentutis academicae cederer.
Quam ob rem, quotiescumque palaestrae
huic praefui, eidem oppugnatorem ex or-
dine doctorum, vel publicorum, vel pri-
uatorum, vel vtroque, prospexi, vt con-
gressus solemnes non solo loco publico a
priuatis disputationibus different, ipsa do-
ctrinarum ac veri certique discussio cura-
tius institueretur, tironibusque exempla
colloquiorum proficuorum praeirentur, ne-
que argumenta differendi deficerent, quo-
rum, vltro citroque explicatorum, audi-
tores non pigeret. Quod consilium suc-
cessu non caruisse, atque in consuetudinem
paene abiisse, impensè laetor, eiusque con-
scientia impellor ad operam hanc nemini
cuiquam facile denegandam. Tantum
igitur abest, vt doctrinis hominibusque
impugnatis minus velim, aut altercatio-
num studio, aut ad tempus fallendum,
aduersarium agam, litemque contestere
re veritatis dirimendam, vt contraria o-
mnia hac facilitate mea promptaque com-
paritione in oppugnationibus publicis si-
gnificari existimem. Accedit ad haec,
quaे communia sunt, peculiare officium,
quod grauissimo PRAESIDI TVO a me deberi
probe intelligo, cum de amicitia nostra
litterarum, laborum, animorumque con-
fessione firmata, tum de communi dispu-
tatio-

rationum studio insigniter merito, qui has partes, in cathedram a me deductos exercendi, admodum frequenter ipsi delatas, humanissime suscipere dexterimeque sustinere nunquam grauatus est, vt, quae in aliis palaestrae moderatoribus voluntatis et humanitatis forent, in ipsius exercitationibus officii omnino esse, atque a grati animi legibus exigi videantur. TVA tandem, amicissime BARTHI, laudabilis indoles, vitae apud nos actae, studiorum, quibus assiduam operam dedisti, progressumque factorum conditio, quam milii abunde probasti, in his rationibus haud postremum locum occupat, licet ultimo commemoretur. Indiuulſus lateri meo adhaefisti in singulis sanctioris doctrinae partibus obeundis, neque me ab hac celebritate academica publicoque tirocinio abesse voluisti, quare committendum non putaui, vt in me fidei desideraretur quicquam. Adero igitur, amicissime TECUM congregiar, et quem examinibus aequa ac disputationibus domesticis subinde exercui, publice sic adoriar, vt et habcas, in quo scientiam et dexteritatem auditorio demonstres, et amor noster mutuus nihil detrimenti capiat, et ipse TIBI publice grataler. Tu vero, vt in conflictu solemini, ita domum propediem reuersus per omnem vitam diuinis auspiciis rem TVAM

age

age rectissime, meique memor viue felici-
ter. Dedi Halae ad Salam in acad.
Fridericiana d. xx Febr.
CICIO CC XXXXII.

EPISTOLA LXIII
AD DISPUTATIONEM
DE
AVTOGRAPHORVM BIBLI-
CORVM IACTURA REI CHRI-
STIANAE ET INNOXIA
ET VTI
PRAESIDIS
D. BEN. GOTTL. CLAVSWITZ
ET AUCTORIS
SAM. TIEFFENSEE
WOLLINO-POMER.

AESTVMA TISSIMO TIEFFENSEE
S. P. D.
SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Publicum meae in te voluntatis testimo-
nium rogatus, demandatis mihi par-
ibus oppugnatoris in solemini disputatio-
ne

ne tva, paucis expediam, quae ad te scribenda esse putauit et de scripto tuo et de TEMET ipso. Argumentum, quod disputas, neque improbo, ut qui dudum illud tractationi publicae ipse destinaueram, indicique argumentorum opportune disputandorum ante aliquot menses edito inserueram, ubi locum XXXVI occupat; neque a te mihi nunc praeripi aegre fero, sed otium potius fieri impense laetor. Magni enim et rei sacrae et gloriae diuinæ refert, si quid intelligo, ut non solum obtestatoribus doctrinæ sanctioris diuinitus in litteras relatae obuiam eatur, librorumque diuinorum incorrupta conseruatio ab actionibus falsi incertique vindicetur, quibus haec iactura speciose admodum praetenditur, maleferiatis saltem sannionibus cauillandi materia eripiatur; verum etiam hominum difficultum et querulorum dubitationibus satisfiat, quibus alia omnia praestare videntur consilii diuinis. Facile ex his conciencies caussam, quam agis, a me in conflitu publico haud iri impugnatum, sed confirmatum. Neque sollicitabo industriam in scribenda disputatione a te collocatam, cuius primæ paginae adhuc dum visae, studium tuum laboremque ira mihi approbarunt ut iniquius agere bonisque ingenii pesime consulere mihi viderer si de laude, quam mereris, quidquam de-

traherem obiectionibus. Amicissimum igitur habebis aduersarium, qui ipsas accessiones ad locupletandam communiciendamque dissertationem forte profuturas hic scribere gestiret, nisi vereretur, ne prolixior officiosiorque euaderet, quam par est; aut iudicium praecepitaret de reliquis partibus scripti nondum lectis, a quibus omnis praeteritorum diiudicatio pendet; aut nihil sibi reliqui ficeret ad publicum colloquium. Satis quidem ex illis, quae hactenus scripsi, apparere arbitror quantia me fias, ut peculiari amoris in TE mei neque TIBI neque aliis, qui vtrumque norunt, obscuri significatione supersedere possem. Ipse tamen a me hoc silentium non impetro, cuius interest vias rationesque non ignorari, quibus id consecutus sis ut TIBI vehementer cupiam et vere gratuler. Licet enim fratres mei amantissimos primos amicitiae mutuae pararios habueris, neque ego aliorum de ingeniis iudicia parvi facere solem, commendationibus certe non debes, sed ipse effecisti ut TEAMEM, praeclare de TE sentiam atque in TE, si qua fieri posset, iuuando ornandoque elaborem. Ingenium, animum, industriam deamauit ex quo in disciplinam meam concessisti, compertumque et exploratum habui laudabilem proficiendi ardorem, scholarum assiduitatem, laborum pertinaciam, pro-

progressuumque incrementa, quibus inter
varias difficultates reique domesticae an-
gustias plerosque aequales subsidiis instru-
ctiores aequastri et bene multos superasti.
Age igitur, carissime TIEFFENSEE, prose-
quere hoc sanctioris doctrinae iter, DEO-
que optime de TE merito fruere praesen-
tissimo. Vale. Dedi Halae ad Salam in
acad. Frideric. nonis April

CC XXXXIII.

EPISTOLA LXIII

AD DISS. MEDICAM INAVGVRAL.

CASP. FISCHERI

COBYRGO-FRANC

DE

CHIRVRGIA CHIRVRGIAE
NECESSARIA

NOBILISSIMO DOCTISSIMO QVE

CANDIDATO

S. P. D.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Serius quidem, quam volueram, compe-
ri, et inter medias laborum occupatio-
nes, quibus obrutus vix respiro, initare
Y 2

disputationem TVAM vltimumque eius folium hodie ex operis proditurum esse: nolui tamen hanc opportunitatem gratulationis publicae praetermittere, quae mihi relinquitur vnica significandi prolixissimam in TE voluntatem meam. Nam ut reliqua raseam, quae in TE plurimi feci et deamaui, ex quo apud hospitem praesidemque TVVM multis nominibus mecum coniunctissimum mihi innotuisti, eximiam indolem, ingenium litteris vltra communem ordinis TVI sortem feliciter cultum, praeclaram modestiam, mentemque optimam animatam: hac hieme, qua mihi meis que cum variis morborum insultibus conflictandum fuit noua mihi et familiarior TECUM intercessit consuetudo, qua sub moderamine experientissimi IVNCKERI salutarem opem singularemque dexteritatem TVAM et medicam et chirurgicam, atque indefessum aegrotis inferuendi studium expertus intellexi, TIBIQUE ita deuinctus sum ut magna et constans beneficiorum TVORVM apud me remaneat memoria. De essēm igitur grati animi officio, si, non tam laudi TVAE fauere, quam toto animo de TE ac de TVIS ornamentis et commodis cogitare negligarem. Cuius rei ne vel leuissimam suspicionem faciam, tribus verbis haec de me habero. Vere TIBI gratulor dotes, quas DEI beneficio a natura, fol.

follicita educatione, enixissima industria
multoque vſu habes innumerar; supremos artis Tuae honores, quos iam capessis laudabiliter condecorandos; magnamque nec dubiam de te spem et opinionem eorum omnium, qui te cognitum habent et exploratum. Fruere his bonis diu et feliciter. De me autem sic existimes velim, nunquam me commissurum, vt licet facultate bene multis inferior, studio certe et officiosissima diligentia in te amando iuuandoque, si qua fieri poterit, cuiquam concedere videar. Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric. d. xxiii.

Mart. cīcīcc xxxxiii.

EPISTOLA LXV
AD DISS. PHYSICAM
DE
CAVSSA PELLVCIDITATIS
PRAESIDIS
D. I O. GOTTL. KRVGER
ET AVCTORIS
IO. CHRIST. ABRAHAM
CUSTRINATIS.

AESTVMATISSIMO
IO. FRID. ABRAHAM
s. p. d.
SIG. IAC. BAVMGARTEN.

Y 3

Minus

Minus grauarer has ad **TE** litteras dare,
si quas partes meas in publica di-
sputatione **TVA** rogatus recipere possem,
quam nunc quidem scribo ingratiss meis,
vbi per labores, quibus hos dies cumula-
tus teneor, adeo felici mihi esse haud licet,
vt TIBI mihiique obtemperem atque huma-
nitaris, amoris ac benevolentiae, quam au-
ditoribus debeo, officio satisfaciam. Quod
grauiter omnino et moleste fero. Ne ta-
men plane **TE** destituam aut neglectae con-
suetudinis, quam diuturnior disciplina stu-
diorumque coniunctio peperit, suspicio-
nem faciam atque spem **TVAM** fefeller vi-
dear, breuiter defungar gratulatione, quam
mereris, publicoque iudicii mei de indu-
stria et dexteritate **TVA** testimonio. Assi-
duus fuisti in scholis meis, quibus doctri-
nam sanctiorem explicaui atque disputatio-
nibus examinibusque confirmavi, contro-
versias discussi, morum animique formandi
praecepta dedi, casus difficiliores in animo-
rum cura obuios disputauit, sacros oratores
et interpretes formatum iui, interpretatio-
nemque praeini oraculorum liturgicorum,
epistolarum ad Hebraeos atque Corinthios,
vaticiniorumque Iocelis et Maleachi, atque
historiam tam sectarum quam rerum in ciu-
itate Christi gestarum enarravi. Neque in
aliorum auditionibus **TIBI** defuisti atque stu-
dii indefessi quidquam in **TE** desiderari pas-
sus

sus est. Iterum nunc prodis in arenam solemnem factos in naturae scientia progressus aequo testificaturus quam profectus intelligentiae rerum sacrarum eodem loco iam aliis approbasti, qui te disputantem audiuerunt. Age igitur, carissime ABRAHAM, DEO accepta refer tot beneficia ingenii industriae atque doctrinae, stadium academicum feliciter emensus laborum peractorum salutares fructus cape in rem TVAM et ciuitatis sacrae, aeternitati viue TVI nunquam immemor, atque adeo spem de TE meam egregie bonam imple ac supera. Vale. Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric. d. vi Apr.

CIO CC XXXXIII.

EPISTOLA LXVI
AD DISPVT. THEOLOGICAM
M. WILH. CHRIST. IVST.
CHRY SANDRI

DE
PRIMO PRIMORVM HOMI-
NVM PECCATO
IN ACAD. IULIA
HABITAM

CLARISSIMO ARTIVM MAGISTRO
WILH. CHRIST. IVST.
CHRY SANDRO

S. P. D.
SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.
Y 4

Gra-

Gratissimae mihi fuerunt multisque non
minibus longe acceptissimae, quas
nudius tertius a **TE** habui, litterae, **TVI**,
quem dudum noueram, plane similes. Ex
quibus non sine voluptate intellexi, et va-
lere **TE**, et in doctrinae incrementis fru-
ctibusque capiendis aequa ac ferendis cu-
randisque feliciter elaborare, et in acade-
miae celeberrimae luce versari, et apud
patres illius gratiosum esse, et mei memo-
rem viuere neque a pristino in me amore
TVO quidquam desciuisse, et in disputatio-
ne, quam paras, mei absentis rationem ha-
bere, velleque, ut litterae saltem meae in
illa compareant. Eo maioris facio hono-
rificam hanc **TVAE** in me voluntatis signi-
ficationem, quo magis mihi verendum sa-
ne fuit, ne taciturnitatem meam ad prior-
es litteras **TVAS** grauiter tuleris. Quae ta-
men nulli difficultati meae tribuenda est,
sed tarditati epistolae, diu post tempus ce-
lebrirati academicæ tunc destinatum mihi
reddita; iam autem morosa euaderet et
inexcusabilis, si constans et iteratum desi-
derium **TVVM** destituerem, **TIBI**que publi-
co existimationis et spei, quam fecisti, te-
stimonio deessem, quod aliis non denega-
vi, qui ingenio, litteris, animo, industria
multum **TIBI** concedunt, superiores certe
non fuerunt. Inprimis quum praeter com-
munem disciplinae fidem, officiosumque
amo-

amorem, quem meis debo, peculiari proprioque iure id exigas. Iactura enim testimoniorum vitae in gymnasiis praeclare actae, speique a praceptoribus perquam celeribus de TE conceptae, quae, olim mihi tradita, inter schedas nusquam apparent, saepius saltem quaerentem adhuc effugerunt, redimenda omnino est, atque testificationis meae, si qua est, auctoritate compensanda. Accipe igitur has litteras, quae ab homine proficiisci possunt et nullius fere otii et sui pariter ac TVI non adeo oblitio, ut laudare TE aut commendare suscipiat. Neutrum mihi sumo, non quod TE laudabilem et commendabilem esse negem, sed quia talem existimo et comper-tum habeo, neque laudatissimorum viorum suffragia, quibus TE exornarunt, ignoro. Quare bonis verbis moderabor, atque in hac solemnum TVORVM celebritate monitoris partes tuebor, eorum duntaxat TE commonefacturus, quae ad exspectationem pertinent, factam auspicato, sed sustinendam fortiter, si superari nequit. Nam quo felicius post fundamenta litterarum eximia alibi iacta, sanctiori doctrinae operam dedisti, non desultorie, sed ita ut singulas eius partes sollicite obieris et studiosissime tractaueris, cuius me industriae aliquot annorum comitem tunc et moderatorem, testem nunc habes lo-

Y 5

CLV

cupletissimum ; et quo exoptatior in **TE**
fuit profectuum accessio , tirociniis bene
multis laudabiliter positis declarata, quam
in usitata quidem sed prudentissima confos-
ciatio disciplinae sacrae cum seueriore
philosophia , linguarum sanctorum stu-
dio, et litteris quae ab humanitate et ele-
gantia merito nomen habent, insigniter
iuuit: eo, crede mihi , grauior nunc **TIBI**
aduersaria constituitur bonorum omnium
exspectatio. Quotus enim quisque ab in-
genio tam excellente, tot litteris grauiter
culto, tantaque laborum assiduitate de-
functo praeter vulgaria et mediocria re-
quireret admodum nihil? Quam ob rem,
si me audis, quod praesens semper feci-
sti, nihil remittes a virium contentione,
quae, in academia **IVLIA** non imminuta,
sed nouis exemplis stimulisque aucta, iam
optime **TIBI** cessit, cedetque in posterum:
DEO et litteris, quibus **TE** consecrasti, to-
tum **TE** vindicabis et semper viues; **TEMET**
ipse aemulaberis et vinces, rem sacram
ages religiose non personam; de diuinis
humanisque scientiis, seuerioribus et man-
fuetoribus litteris impense mereberis; me-
que diuturna, si vixero, et amplissima de-
lectatione ex rebus **TVIS** capienda fortuna-
bis, quem licet opportunitate iuuandi **TE**
ornandique multi, ut spero et ex animo
precor, voluntate certe et studio nemo,
quod

quod recipio, quisquam antecellet. Disputationis **TVAE** folia transmissa tempore interclusus non perlegi integra, neque, si vel maxime fecisset otioque abundarem, supplementa scriberem, quamvis nonnulla iam in oculos inciderint, ubi a **TE** dissentiam, ne prolixissima dissertatio mole laboret. Quae ipsa formido his litteris finem imperat, quem illico faciam, si hoc unum **TE** rogauerero, ut academiae **IVLIAE** doctoribus, theologis in primis summe venerandis, qui me salutari iusserunt, et quos maximi a me fieri ipsem est nosti, prima occasione plurimam salutem meis verbis dicas officiosissime. Ita vale **DEO** O. M. ardentissimis supplicationibus meis commendatus. Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric. d. xxviii Dec.

CIO CC XXXXII.

EPISTOLA LXVII
AD DISSERTATIONEM
M. GE. DAV. KYPKE
DE
INTEGRITATE
CAPITIS 46 GENESEOS

CON-

CONTRA
SAM. SCHUFORDII
DUBIA VINDICATA.

CLARISSIMO ARTIVM MAGISTRO
GE. DAV. KYPKIO
S. P. D.
SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Complura sane sunt quae aliquid litterarum publice ad te dandarum a me requirant et exigunt. Honorifica ad solemnem disputationis TVAE oppugnationem facta invitatio, cui me subducere nolui; laudabilis consuetudo, quae non omnino nihil apud me valer; iura disciplinae et amicitiae in quam totus concessisti; singularis in TE amor meus et incredibilis exspectatio, quam concitasti, non aliis magis quam TIBIMET ipsis commendanda. Cum enim ineunte hieme hoc venires ex academia Regiomontana, proditurus apud nos in lucem academicam impetrataque facultate scholarum aperendarum de bonis litteris, ciuibus nostris et utilitate publica bene meriturus, litteras mihi reddidisti a summe reuer. ARNOLDO, amico vetere, quem honoris caussa nomino, optimae spei de TE conceprae significationibus atque virtutis et doctrinæ exploratae præconiis

conius refertas. Quarum partem hic trans-
scribam retentis ipsis verbis germanicis vt
maiorem fidem faciant: sondern er hat auch
bier bereits einige Studioſos priuatim mit gutem
Nutzen unterrichtet, und was seine projectus be-
trifft; so muss ich aufrichtig gestehen, dass ich
nicht leicht so vieles in einem ſubiecto zusammen
gefunden. Er ist ein Algebraift, fertiger Poet, wie
er denn vieles albhier ohne Vorſetzung des Nah-
mens drucken laſſen, ſpricht englisch und fran-
zöſſch, verſteht italieniſch, arabiſch, syriſch,
ſamaritaniſch etc. ſchreibt nettes Latein, und iſt
in den übrigen Dingen, als den Alterthümern und
der Historie gantz gegründet, dabey der neuern
Weltweisheit kundig, wie er denn diesen Sommer
eine von ihm ſelbst verfertigte Dissertation, jo in
den Hamburgiſchen Berichten N. LVI recenſirt
wird, unter dem Hrn. Conſiſt. Rath Teske verthei-
diget; und die theologiſche Wiffenſchaften hat
er gründlich inne, Adeo haec praeclara ſunt et
mediocritatem excedunt, vt neque ab aliis
neque a TE ignorari plurimi TVA meaque re-
ferre existimem, quo tam omnibus certius
conſter, cur TIBI magnopere velim, quam
ipſe intelligas quid alii de TE ſentiant, nosque
ſperemus, quam grauis TIBI aduersaria ſit
conſtituta bonorum exſpectatio, quantaque
virium contentionē ei industria in eo elabo-
randum ſit, vt, ſi ſuperari nequeat, ſuſtentetur,
conſirmetur nouisque accessionum in-
crementis augēatur. Cuius rei iam feliciter

ini-

initium fieri dissertatione erudita multæ et
meditationis et lectionis documento insigni
admodum laetor. Argumentum, quod di-
sputas, mihi facile approbas omnibusque,
qui periculosa temeritatem et inconsultam
industriam hominum vel doctissimorum ne-
que male animatorum indignamur, qui libris
diuinitus in litteras relatis medicinam facturi
morbos et vulnera inferunt eosque integrati
restituendos corrupti. Quare et hoc
TIBI consilium vindicandi incorruptam pu-
ritatem codicis sacri, et laborem peractum
aeque ac peragendum, et honores academi-
cos, quibus ab ordine philosophico conde-
coratus es, et eximiam dexteritatem, doctri-
nam litterarumque copiam ex animo vere-
que gratulor DEVVMQUE o. m. precor, vt ea o-
mnia fausta et fortunata esse atque ex voto
cedere iubeat. Ego vero eorum, quae ab of-
ficiosisimo amore et studiosissimo fauore
proficiisci poterunt, vel postulari vel deside-
rari a TE nihil patiar quidquam. Dedi Halae
ad Salam in acad. Frider. d. vii Apr.

CIO ID CC XXXXIII,

Ap.

APPENDIX
SEV
EPISTOLA LXVIII,
QVAE
RESPONSVM ET IVDICIVM
THEOLOGICVM
COMPLECTITVR
DE
SCRIPTO SPECIMINE,
QVOD EIDEM
PRAEMITTITVR.



LITTERÆ AMICI,
QVAE
MEDITATIONES DIUDICANDAS
EXHIBENT.

A. καὶ ω.

P. P.

Meditationes meæ & cogitationes ne
exorbitent, easdem vero *velut animæ*
gressus ut aptem viæ, quam mihi meditan-
ti scripturam s. monstrat Deus Clemen-
tissimus, dubia quædam in hac via occur-
rentia proponam; de quibus consultrurus,
judicium Domini Ampl. &c. quam humil-
lime mihi appreciatum volo: Et cum omnia
verba a Salomone indicata sunt Reginæ
Schebæ, postquam mentem suam illi ex-
posuisset, ejus exemplum sequar. In men-
te vbi sollicite agitabam, quomodo per
gratiam divinam omnia studia mea eo di-
rigerentur, ut purificatus sanguine Chri-

Z

III

sti discam bene facere, vt oppressos et seductos in viam rectam reducere & beare (**רָשָׁא**), vt verus Dei Pastor olim valeam, digito quasi præstantissimam viam mihi monstravit Paulus i Cor. 12, 31. c. 13, 1. & monstratam suo exemplo confirmavit ac illustravit Rom. 10, 1. Fratres propensa est voluntas cordis mei & deprecatione ad Deum super Israelem ad salutem v. 13. Quisquis invocaverit nomen Domini, servabitur, quibus verbis indicat breve quidem sed valde grave compendium totius Theologiae practicæ, dum ex iisdem verbis velut ex catena omnia requisita veri Christianismi deduxit, & eo modo singulis de salute sollicitis viam salutis monstravit; eandem ob causam institutum mcum est in studiis meis, vt quicquid antea legerim aut audiverim, huc referam; Paucis: In studiis meis totus in hoc sum, vt ipse cum aliis per gratiam divinam ita præparari possim, vt hic in luce divina continuo & post vitam in æternum Nomen Dei invocando & opera Ejus laudando ANNUM s. FESTUM JUBILÆUM celebrem, vt in verbo prædictum, promissum & præscriptum est. Hoc præ aliis eligere et omnia hic referre multa suadent.

I) Promissiones evangelicæ hic spestantes maxime insignes Er. 24, 13 ff. Sic erit in medio terræ inter populos istos similes olivis desumptæ

destrictæ oleæ similes racemis, cum finita est vin-
demia, hic efferentes vocem suam cantabunt,
propter excellentiam Iehovæ claram vocem
edent, dicentes: Idecirco in ipsis ignibus glo-
rificate Iehovam in insulis maris nomen Ie-
hovæ, ab extremitatibus terre Psalmos audire-
ranius, decorum fuisse iusto. Ioel 3,5. Erit post
effusionem Spiritus, vi, quisquis invocaverit
nomen Iehovæ, eripiatur, quia in monte Zionis
erit liberatio, quemadmodum dixit Iehova &
in residuis, quos Iehova vocaverit tempore illo
quo reducat captivam multitudinem Iekudæ
&c. Hos. 2,14. Ecce pellecturus sum eam &c.
vt canat sicut tempore pueritiae v. 15. eritque
die illo dictum Iehovæ, vt voces me, vir mi!
ac non voces amplius mi Baal Zach. 8, 20 ff.
Adbuc erit, venient populi & habitatores civi-
tatum multarum & adibunt habitatores unius
alteram dicendo: canamus ad exorandam
faciem Iehovæ: eam ego, ego etiam Ps.
149, 6 ff. Laudibus Deum fortem ex-
altantes in gutture suo gladium, bipennem
in manu sua habeant ad vinciendum Reges ca-
tenis & honoratos compedibus (cf. Ebr. 4, 12 ff.
Act. 2, 46) Cibum cum exultatione & simpli-
citate cordis capiebant: Laudantes Deum ba-
bebant gratiam apud totum populum, Domi-
nus autem quotidie addebat ecclesiæ, qui salvi-
ficerent Ps. 2, 3. Act. 4, 25 ff. 31 f. Ps. 19, 5. Rom.
10, 18. Rom. 10, 13. Apoc. 3, 7.

2) Monita frequentia *Es. 26, 19. Experi-*
giscimini & cantate, qui inhabitatis pulverem
Mat. 26, 41 &c.

3) Necessitas, gravitas & utilitas rei,
 dum hæc doctrina cum doctr. de iustif. &
 sanct. conjuncta est *1 Petr. 1, 16ff. c. 2, 9.* op-
 posita vanæ conversationi a Patribus tra-
 diræ *1 Petr. 1, 18.* qua plures in nostra Ec-
 clesia hodie contenti sunt, immemores mi-
 seras illas animas, nisi sanguine Christi ab
 eadem vana conversatione se liberari pa-
 riantur, etiam cum impiorum majorum
 animabus ad infernum detrusum iri, ubi
 in æternum luce non fruituræ sunt, licet
 animabus viventes benedixerint *Pj. 49, 19f.*

4) Exempla docentium. MOSIS. *Exod.*
17, 11ff. & v. 14. edixit Iehova Moysi inscribe
hoc monumentum libro: me omnino deleturum
esse memoriam Hamalekitarum e terra sub coe-
lo v. 16. bellum Iehovæ in Hamalekum, de
 ætate in ætatem SAMUELIS *1 Sam. 12, 22.*
qui cum clamaret ad Iehovam, ediditque Ieho-
va sonos & pluviam eodem die, timuitque to-
*tus populus Iehovam, ait, absit mihi, ut peccem
 Iehovæ, ut desinam supplicare pro vobis, mo*
in situum vos via opima & rectissima. PAULI
Rom. 10, 1. Discentium *1 Cor. 14, 24.* si omnes
 prophetent, & ingreditur fidelis quispiam,
 arguitur, dijudicatur ab omnibus & na quæ
 occulta sunt in ejus corde, manifesta sunt, at-
 que

*que ita in faciem procidens adorabit Deum
Ierem. 3, 19 & c. Act. 2, 46.*

5) Suadet defectus hujus exercitii in primis publici, quem adhuc apud me invenio, sperans tamen mutationem salutiferam hac in parte fore, si quidem veritates, quae me ex morte in vitam primo exercitarunt, ad hoc salutiferum exercitium me reduxerunt *Zach. 12, 10. c. 13, 1. Apoc. 3, 7ff. 9.*

Licet haec & alia fovere istas meditaciones suadeant, dubium tamen hic mihi occurrit, sc. vereor, ne eadem incommoda hic occurrant, quae propositiones anniversariae & exordia anniversaria habent, dum nominatus scopus semper in mente est: arbitror quidem me hoc modo incommodis ipsis occurrere posse, per singulas fere hebdomedas, vnam, duas aut tres veritates vnam post alteram meditando duri pensito, eum in finem, ne, omissis specialibus, circa generalia tantum verser, sed ut genuina media, motiva &c. cuique speciali materiae genuine respondeant: arbitror etiam, me hac in parte cum Paulo agere, qui licet multa specialia & varia singularis ecclesiis proposuerit, eadem tamen vota omnes continent epistolæ, quibus tale breve compendium totius doctrinæ monstravit Paulus, ad quod ut suum centrum ceteræ veritates concurrant. Nominavi Ann. s. Fest. Iub. ne quis verum Chri-

stianismum ut calamitosum quid perverse
fugiat, porro ex consideratione festi in-
signis Purim, aliorumque Hallelujæ Magni
ob judicium meretricis Babylonicae *Apoc.*
19, 1ff. justissimum esse, Anni Iub. recorda-
ri arbitror. Et ne ardua, quæ mihi non
convenirent, aggrediar, memor viæ *Davi-
dis*, qui non aggressus est res magnas ac
arduas, quæ sibi non convenirent, sed
compositus & sedavit animum suum, simi-
lis depulso a lacte apud matrem suam *Pſ.*
13, 12, decrevi applicare meditationes meas
appendici Lutheri de Formulis precum
post quinque partes in Catech. ut intro-
ductionem in hoc opus Lutheri, & ut
monstrem, quomodo corda ad hoc exer-
citium præparentur, recurram ad partes
priores Lutheri, monstrando prius legem
ut paedagogiam ad Christum, quam nor-
mam vitæ morumque, prius timorem fer-
vilem Dei, quam filialem tractionem Pa-
tris &c. Opus Lutheri multas ob causas vti-
le duco, etiam quia Lutheri doctrinam
non ut novam & suspectam fugiant homi-
nes, & hoc modo tractanda essent simpli-
cia, cui rei magis studebo, siquidem exem-
plum mysticum mihi occurrit, quod ta-
men sua se gravitate, suavitate & utilitate
commendat sc. Exemplum *Hoseae* quod
meis meditationibus ideo adjungo, ut *ag-
θονομα* sim circa varios status hominum,
&

& modo Evangelico per intimorem nem
num, vero amore, eos arcte amplecter, nu
triam (גָּמְרָה) vsque dum fides in Christum
oriatur. 1 Thes. 2, 7. s. Hic *Hoseas* vt populi
Israëlitici liberator sec. verbum Dei assum
fit sibi meretricem *Gomeram* in uxorem
ex ea natos *Izreel* & *Lo-Hammi* & natam
Lo-Rychamam, amplexus est adulterantem
amore, qualis Iehovæ erga *Israëlitas* amor,
& gratia Dei factum est, vt illa vocet Do
minum, Vir Mi! Annuntiat ecclesiæ (sub
nomine *Izreel* etiam per comminationes
Domini dissipatae) benedictionem: con
serbam eam mihi in terra (זֶרַע) & misere
bor (בָּנָה) *Lo-Rychamæ* & dicam ipsi *Lo
Hammi*, populus meus es, & ipse dicet Deus
mi Hos. 1, 2. 3. Ps. 7, 10. Ps. 57, 3. Hos. 1, 3 4.
c. 2, 22. Gal. 6, 8, 16. Hos. 2, 23. 1 Pet. 2, 9.

Sub nomine igitur *Gomeræ* & *Izreelis* sta
rum securitatis f. securos seminantes carni
suæ Gal. 6, 8. lustrabo, indicaturus aversos
a Deo (נָמָר) Hos. 1, 2. 3. & impios sec. com
minationes div. apud Deum non perma
nere posse (נָמָר) Ps. 55, Ps. 7, 10, sec. pro
miss. evang. iterum omnes & singulos,
qui non perseverant in aversione, sed cum
Davide Deum fortè invocant, semper
frui posse gratiosa Dei omnipræsentia,
qui omnia super eos ita perficiat, vt ni
hil supersit Ps. 57, 3 (נָמָר) hoc modo pro
cedere studeo, vt per gratiam div. sec. ex
emplum

emplum *Esræ c. 7, 12.* (qui fuit sacerdos & scriba perfectus & peritus legis Dei גָּמַר agam eorum causam sec. legem Dei, qui eam sciunt, & eos doceam, qui eandem nesciunt *Esr. 7, 12, 14, 25* annunciando bona in evangelio *Rom. 10, 15* patienter addendo præceptum præcepto, præc. præc. delineationem delineationi delin. del. יְהִי pauculum hic pauculum illuc, ut de pulsi a lacte discerent scientiam *Ez. 28, 9, 10.* verbo Dei velut vinculo eos ad Deum congregando & cum domino copulando & sec. idem verbum instar lineæ vitæ rationem dirigendo, paucis, cum servatore nostro & Iohanne tibiis canendo & lamenta edendo, ut vis regna coelorum afferatur & violenti rapiant illud. *Matt. 11, 12, 17 ff.* ut **QVISQVIS INVOCANDO DEI NOMEN & OPERA EIVS LAVDANDO AN. s. FEST. IVB.** celebret: Sic etiam sub nomine *Lo-Rycb.* statum servitutis *Hos. 1, 9, 23.* *1 Pet. 2, 9.* sub nomine *Lo-Hammi* statum hypocriticum *Hos. 19, 23.* *1 Petr. 2, 9.* cum nomina ista etiam respondeant statibus illis & arbitror non invtile fore depingere peccatores & peccata, ut *Hos.* sub nomine scortationis, ut magis abominabilia fierent hominibus, qui alias putant meretrices tantum & ejus generis peccatores regno coelorum exclusos esse. Monito *Syr. Sap.* edocetus, exaltabo Deum quan-

quantum possum, nam adhuc superabit exaltationem meam; Exaltans eum, plurimas vires conferam, non defatiger, non enim unquam assequer, quis vedit ipsum, ut enarret? & quis magnificet ipsum, propt est? multa abscondita majora istis, pauca vidi. Cæteris igitur paribus, & aliis non omissis haec non plane invtilia fore spero; interim humillime exspecto tua monita, tuas cautelas, quibus suffultus, duce & comite gratia Dei, ultrius in studiis meis progrediar, & nihil in votis prius, nihil antiquius habeam, quam ut, si placitum fuerit Deo, ut in ecclesia ejus servus quondam Christi sim, tunc ut servus Christi veniam ἐν πληρώματι τῇ ἐναγγελίᾳ τῷ Χριστῷ

Restat, ut meditationes meas de foecunditate significationum vocum hebraicarum memorato fini quoque accommodanda tuo, Vir amplissime, judicio subjiciam &c.

JU V A JESU!

Diversas vocum hebraicarum significaciones si consideraverimus, promissiones evangelicas, indolem, media, impedimenta veri Christianismi eadem nobis quasi designant,

Z §

pingunt,

pingunt, vnde facillime concludi posse arbitror, eandem varietatem indigitare harmoniam cum veritatibus Christum & verum Christianismum demonstrantibus, & diversas vocum hebr. significaciones vt Typos in vet. T. Christum & verum Christianismum demonstrare. Has meditaciones fovere & circa easdem versari multa suadent scil. 1) Analogiae fidei adeo non repugnant, vt eandem multo magis confirmant; Regeri posse prævideo, eandem in scriptura claris exstare verbis: sed vero multis etiam in locis inprimis in V. T. veritates & promissiones evang. obscurius latent, quæ, diversis vocum significacionibus rite pensatis, ex naturali suo quasi fonte derivari possunt, quam ob causam etiam non sane de nihilo scrutinium scripturæ approbat salvator, & veritates pluribus testibus confirmatae non adeo facile debilitentur. 2) Minus rectum esse puto explicationem dicti cuiusdam aliunde sollicite petere, omissis illis, quæ propria & præsens suppeditat suppellex sc. ipsæ significaciones vocum, quæ haud parvam variis dictis afferunt lucem ex gr. Gen. 4, 15. 26. 3) Hoc modo lingua hebr. a vitiosa confusione liberari potest, quæ alias primo intuitu ob multiplicem vnius ejusdemque vocis significationem appareret, quin & hac ratione summa ejus elucet perfectio,

Etio, cum Deus secundum immensam suam misericordiam & infinitam sapientiam ralem verbo suo scribendo destinaverit lingua, in qua omnia ad vnum tenderent centrum sc. Christum & verum Christianismum. 4) Originem vocum heb. examinare justissimum esse puto, cum observatum sit a Patribus, ante lapsum Gen. 2, 24. post lapsum Gen. 3, 20. Hoseas voce זְרֻעָא & comminationes, & promissiones indicat Hos. 1, 4. c. 2, 23 f. ex voce יְשָׁא Ps. 1, 1 f. deducuntur plures propositiones cf. Gen. 4, 12 f. 5) Hasce meditationes fovere suaderet etiam inductio exemplorum, nam voces ejus generis in scriptura quotidie & continuo mihi occurunt.

¶ notat arctum & firmum amplexum nutritii, quo infantem vel alumnū sibi concredītū arēte amplectitur, notat credere Ps. 106, 12. notat firmum esse. Hisce collatis deduci inde potest coroll. 1) Omnes, qui tendunt ad plerophoriam fidei & firmi in doctrina Apostolorum perdurare cupiunt, debere in firmum amplexum promissionum Dei ferri iisdemque magis corroborari Ps. 106, 12. Es. 28, 16. Act. 2, 41. Qui libenter receperunt verbum Dei quasi ter mille perdurabant in doctrina Apostola-

rum.

rum. 2) Coroll. πλανεοφορειν εἰναι ελπιζομένων ὑπόστατον Ebr. II, I. 3) Coroll. debere omnes, qui volunt in fide firmiter perseverare, studiose nomen Dei & doctrinam Christi observare, observaramque firmiter tenere Apoc. 2, 13. c. 3, II. Retine quod habes. Hoc modo indicatur in doles fidei & quoad ortum & progressum. 4) Cor. ut Monit. Past. Pastores ut nutritios mansuetos esse & favore auditores impetriri evang. ipsis Jes. 2, 7. 8.

רְשָׁא notat cor in viam dirigere Ps. 41,
 3. notat beatum reddere hinc coroll. 1) Homines beatitudinem non consequi meritis votis, sed debere eos progredi & non simpliciter (לֹא) sed sec. normam, quam præscribit doctrina Job. 23, II. Prov. 9, 6. alias etiam in viam rectam ducere & beatos reddere, quod primarium officium dum est Ebr. 13, 17. Es. 1, 17. Oppressum in viam rectam dirigite & beate, 2) Coroll. non sufficere sec. prima elementa doctrinæ viam ingredi, sed debere eos progredi in via Christianismi, qui volunt salvi fieri Gal. 6, 16. *Quicunque sec. hanc regulam incedunt, pax super eos & misericordia.* 3) Coroll. omnes per hanc viam incedentes esse & fieri beatos per Christum, cum in alio quoquam non est salus Act. 4, 12. cum Petro igitur respondeamus servatori nostro; Domine ad quem abeundum, verba vitae æternæ habes Job. 6, 6, 8.

כָּל

כָּל notat confundere Gen. 11, 9. notat pabulum dare Jud. 19, 21. **חַמִּץ בְּלֵיל** notat pabulum merum subacidum s. promissa evangelica Es. 30, 20. 21. 24. *Non includetur angulo amplius docentium te, sed oculi tui videbunt doctores tuos & aures cuæ audient verbum a tergo tuo dicentium: hæc illa est via, incedite per eam, cum dexteram aut sinistram petetis, bozes farraginem meram comedent, quæ ventilata fuerit vanno* cf. Es. 11, 7. II. Hisce collatis coroll. 1) fideles post captivitatem babylonicam sec, promissa Domini per Christum sibi polliceri posse verum pabulum (cum ipsos pasceret sua doctrina vero pabulo) & pro bable s. confusione dari ipsis Beth-Lechem s. domum panis Mic. 4, 10. *Parturi, & ede partum filia Zionis tanquam puerpera, cum jam egressa ex urbe perveneris Babyloniam usque, ibi liberaberis, ibi vindicabit te Jehovah e manu inimicorum tuorum* eap. 5, 1. Tu Beth Lechem Ephratae, minima ut sis in ducibus Iudea, ex te mibi prodibit futurus dominator in Israele v. 3. & pascer robore Iheræ cf. Mat. 2, 6. 2) Coroll. fore ut errabandi spiritu cognoscant prudential, & susurrones discant doctrinam Es. 29, 24.

לְנָז notat alterius causam ad se volvere, res a consanguineo proximo v. venditione v. quocunque alio modo devolutas & contractu quodam implicatas jure propinquitatibus,

tatis, interposito quodam pretio redimere *Lev. 25, 25.* notat a malo aliquem liberando & in meliorem statum eum volvendo & afferendo redimere *Cen. 48, 16.* cf. *Job. 19, 25.* *Es. 41, 14.* notat inquinare *Es. 63, 3.* hisce collatis coroll. 1) Omnes, quos redemit Goel noster, tam peccato orig. quam actuali esse contaminatos *Hos. 13, 14.* & reos mortis æternæ *Luc. 19, 10. 47.* 2) Coroll. Goelem nostrum nostram causam ad se volvere debere, & ut pollutum spectari hominem nobis consubstantialem fieri, si nos pollutos interposito sanguinis pretio redimeret. 3) Omnes, qui peccata committunt eo ipso sanguinem foederis profanum ducere *Ebr. 10, 29.* quod etiam observavit Daniel, statuens cum animo suo, ut non contaminaret se (יְהָנָן) portione cibi regii, requisivit a principe aulico, ut non contaminaret se *Dan. 1, 8.*

גָּלַה notat in captivitatem abducere *Es. 5, 13.* *Idcirco in captivitatem abductus est populus meus, quod expers sit scientiae.* Notat etiam manifestationem peccatorum, quae redargutionem habet comitem *Tbreu. 4, 22.* norat etiam revelationem & illuminacionem oculorum mentis *Ps. 119, 18.* vnde coroll. 1) Voluntatem Domini esse, ut populus Israel, in captivitatem transportatus de peccatis convinceretur, & inter fideles convictus libertatem per Christum cognosceret,

sceret, qui captivis libertatem annunciat
Luc. 4, 18. cf. Es. 9, 1 ff. Mat. 4, 15 f.

נָמֵר notat deficere, non perseverare
notabit (etiam sec. mentem Dei) per pec-
cata Iehovam aversari *Hos. 2, 2.* notat cir-
cumunire aliquem & omnia super ali-
quem perficere, ut nil supersit *Ps. 57, 3. Ps.*
138, 8. גַּמִּיר notat virum perfectum *Esr. 7,*
12. Hisce collatis Coroll. 1) Impios sec.
comminationes Domini apud eum non
permanere *Ps. 5, 5. Ps. 7, 10.* 2) Coroll. aver-
sos a Deo sec. promissa Domini per ejus
gratiam ita disponi posse, ut apud eos ad
ultimo usque terminum Deus perseveret
& omnia super eos perficiat, ut nihil su-
persit *Ps. 57, 3. Ps. 138, 8 (גַּמִּינָה).* 3) Corol.
vt monitum pastorale: Pastores debere ex
promissis Dei & per ejus, gratiam super
aversos & conversos omnia ita perficere,
ut nihil supersit, ut ad ultimo usque ter-
minum apud Deum perseverent, & debe-
re, ut perfectos doctores, agere tam cau-
sam eorum, qui sciunt legem Dei, quam
eorum, qui candem nesciunt *Esr. 7, 12. 25.*
cf. *Hos. c. 2, 2. c. 1, 2. 3. c. 2, 14 ff. c. 3, 1 ff. אֶלְ.*
20, 20. Rom. 15, 19. πεπληρωμέναι τὸ ἐναγγέλιον
τῷ χριστῷ Eph. 4, 11 sqq. καταντόσαμεν οἱ πάντες
ἐις ἀνδρα τέλειον, εἰς μέτρον πληκτικας τῷ πλήρωματος
τῷ χριστῷ.

וּלְ notat irruere (est Symbolum poe-
narum div.) *Ierem. 23, 19.* notat formative
ali-

aliquid producere sive creatione sive generatione *Deut.* 32, 18. notat exspectare *Job.* 35, 14. notat dolere *Esr.* 13, 8. notat trepidare hisce collatis 1) Coroll. velle Deum per afflictiones corda hominum præparari ad poenitentiam *Jerem.* 23, 19. 2) Coroll. verum dolorem non consistere in otiosa cogitatione, aut fictitium quid esse, sed veri doloris productionem æque esse opus Dei, ac creationem. 3) Dolorem esse permanens quid & salutiferum per Christum, quem dolentes expectent *Ps.* 37, 7. Acquiesce Iehovæ & indesinenter exspecta eum (אָלֹהִים) *Mat.* 5, 4. 2 *Cor.* 7, 10.

אַתָּה notat peccare, errare, notat expiare, purificare vnde Coroll. 1) Peccatum esse legis transgressionem *Job.* 3, 4. 2) Coroll. peccatores propter sacrificium Christi & oblationem ablationem turpitudinis ac reatus attracti ac sanctificationem consequi posse *Ps.* 51, 9. *Ebr.* 10, 10.

אֲחֵלָה notat ægrotare, vulnerari, infirmum esse, notat dolere *Prov.* 23, 35. notat etiam enixe precari 1 *Reg.* 13, 6. hisce collatis [coroll. 1) Omnes, qui volunt precari, debere esse suæ infirmitatis conscos, suosque morbos dolendo & supplicando Deo exponere. 2) Coroll. omnia nostra molimina & cultum externum esse frustraneum, si nostram infirmitatem nostramque indigentiam Deo non exponamus, quod sua jactu-

ra eximie demonstrat SAVL i Sam. 13, 12,
jam descendent Prophetae contra me, cum fa-
ciem Iehovae nondum deprecatus fuero, obiuli
holocaustum &c.

לְהַנּוֹת notat perforare, confodere Ps. 109,
 22. etiam notat saltare, tibiis canere i Reg.
 1, 40. notat evacuationem vitæ & animæ
 Ezech. 32, 26. notat incipere, vnde coroll.
 1) Omnes qui volunt cultum Deo placen-
 tem exercere, gratia Dei præparari debe-
 re Ps. 109. 22, 30. ait David, pauper & egens
 sum, & cor meum confessum est in medio meo,
 celebrabo Iehovam valde ore meo. cf. Es. 16, 11.
 Luc. 7, 32. 2) Coroll. Plurimos profanare
 nomen Dei, dum per sabbatum aliosque cul-
 tus externos idem celebrare videantur,
 quia abest debita reverentia Dei, & vt mor-
 tui & vacui anima vitaque christianismi
 hoc ipsum peragunt. 3) Coroll. Christianos
 debere incipere actiones suas cum lau-
 de, gratiarum actione pro beneficiis antea
 præstitis cf. Gen. 4, 26. vbi indigitatur so-
 lennis introductio exercitii publici invoca-
 tionis Dei. Pertractantes citharam & Or-
 ganon, quorum auror fuit Iubal v. 21.

לְמַנּוֹת notat gratiam exhibere, notat gra-
 tiā implorare, vnde coroll. solos dole-
 ntes & gratiam implorantes eandem obti-
 nere posse Jerem. 31, 9. Ps. 30, 9.

לְכַד obtainet significationem preparan-
 di & disponendi cor ad querendum Deum

A a

Etr

Ezr. 7, 10. notat firmum & stabile esse, notat felicitatis lucem & splendorem, & adhibetur de certitudine Throni ad indicandam regiam dignitatem. כבָתְנַתְנֵת notat surculum *Ps. 80, 16.* Hisce collatis coroll. 1) Omnes, qui volunt esse firmi & ferre fructus debere esse palmites in Christo. 2) Coroll. corda justorum, ut Iobi aliorumque sanctorum, per varias calamitates disponi ad intimorem communionem cum Christo, & per easdem magis firmari *Es. 6, 13.* Decima statumen futurum est semen sanctorum, sicut in querubus est statumen *Iob. 13.* 3) Coroll. omnes & singulos, qui cum Iobo & aliis iustis eorum luce præclari esse cupiunt & firmi, illuminatione divina præparando esse, & non ea tantum, quæ ex gratia præveniente hausta est, sed ex gratia inhabitante, ut iter eorum, ut Iobi aliorumque iustorum, sit simile luci splendidæ, & luci pergenti lucere & quidem usque ad meridiem, ad firmum & dispositum diei נכוּן *Prov. 4, 18.* *Iob. 42, 7.* Hoc modo cognoscere licet Iobi constantiam & quoad ortum & progressum. 4) Coroll. omnes ita dispositos & illuminatos esse firmos & summa felicitate ac dignitate afficiendos esse *Ps. 37, 6.* Cum federit filius hominis in throno gloria sue, sedebunt in thronis, qui cum secuti sunt in regeneratione *Mat. 19, 28.* 5) Corol. ut monit. past. ministros Dei, ut peritos archi-

chite etos, debere firmum fundamentum, Christum statuere, & super hoc fundamentum superaedificare aurum, argentum, lapides pretiosos, & non stipulam, si opus manserit, & mercedem acceperint *I Cor. 3,9sqq. Epb. 4,11sqq.*

נוֹר notat vagari, notat condolere, animal dejectum efficaci solamine erigere. Hisce collatis coroll. dari promissiones evangel. propter Christum fore, ut vagi & afflicti efficaci solamine erigi possint per Christum cf. *Iob. 42,11. Es. 40,1. Gen. 4,12. Iehova consolatus est Canium vagum, dum ipsi dedit signum, æque ac incredulis Iudeis cum Achazo Es. 7,14. & Dominus dedid ita promissiones explicando ipsi vterius notionem **נוֹר**, dum forsan indicat ipsi vagum esse in tali statu, ut alii illi condoleant, & efficaci solamine eum erigant, adeoque non interficiant, si enim confidemus colloquium caini cum domino, cainus desperabundus totus est in evolvendo not. **נוֹר** sec. comminationes; Dominus vero aliter promissa evangelica propter Christum proponit forsan ex **נוֹר** deducet, ut factum est voce **אֲשֶׁר** *Pf. 1, 1ff.* adeoque sanguis Christi ipsi demonstratus est, qui eum etiam cum Israele ad se reverti allaborat, ne vagetur **נוֹר** (*Jerem. 4,1.*)*

נוֹתָם notat poenitere *Jerem. 8,6.* notat etiam consolari, vnde coroll. 1) Omnes qui

A a 2

sola-

solatio erigi cupiunt, debere esse poenitentes. 2) Coroll. vt monit. past. legatos Christi debere nomine Christi istos homines rogare, in vera poenitentia reconcilamini Deo, quos consolari volunt 2 Cor. 5, 20.

תְּוִיהָ notat exspectare, magno animi sui desiderio in aliquem intentum esse Ps. 37, 9 **תְּוִיהָ** notat congregari. **לְנָ** notat lineam & tribuitur verbo Dei Es. 28, 10. 3. Praecognitio creaturarum objectivo Ps. 19, 5. **תְּקֹרֶה** notat funiculum Jof. 2, 18. notat spem Job. 17, 15. & quidem talem spem, qua quis in custodia conclusus redemptionem Christi expectat Zach. 9, 12. notat bona expectata Ps. 9, 19, hisce collatis corollarium 1) omnes post lapsum sine Christo vincetos teneri in fovea, in qua nullae sunt aquæ Zach. 9, 11. 12. 2) Coroll. omnes propter Christum habere spem, qui vincetos emittat vi sanguinis foederis sui e fovea, in qua &c. Zach. 9, 11. 12. 3) Coroll. omnes, qui hanc spem habeant, magno animi desiderio in Messiam intentos esse, & eum expectare, & juxta verbum Dei instar lineæ vitæ rationem dirigere teneri Es. 28, 10. 13. 4) Coroll. vt monitum pastorale: Ministros Dei debere annunciare bona speranda in Evangelio Rom. 10, 15. & quidem magna cum expectatione & patientia: vincitis Es. 28, quos docet scientiam, delineationem delineationi ad-

addet (¶); verbo Dei velut vinculo eos ad Deum congregare & cum eo copulare, juxta verbum Dei eorum vitæ rationem dirigere & mensurare, paucis, cum servatore & Iohanne canere ipsis tibiis & lamentari, fore ut vis regno coelorum afferratur, & violenti rapiant illud, & fatigati & onerati in se attollant jugum facile & onus leve *Mat. II. 12. 17. 28. 29.* sec. promissa & monita Domini laudibus Deum fortē exaltantes in gutture suo, habere gladium bipennem ad vinciendum reges catenis, & honoratos compedibus *Pf. 149. 6ff.* ut laudantes Deum habeant gratiam apud totum populum, & Dominus addat ecclesiae quotidie, qui salvi fierent *Act. 2. 46.* ut hoc modo etiam hodie, superabundante gratia Dei drectrice, in totam terram linea apostolorum (¶) longe lateque se diffundat *Pf. 19. 5. Rom. 10. 15. 18.* & QVISQVIS INVOCANDO NOMEN DOMINI ET LAVDANDO OPERA EIVS ANNVM L. FESTVM IVBILÆVM celebrer, quo hac in parte etiam tendunt medirationes meæ.

HONORATISSIMO *cic.*

S. P. D.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

Aequi bonique consules, aestumatissime
N. et diuturniorem moram et ipsam
libertatem, qua in responsione ad medita-
tiones TVAS danda vtor. Longiore silen-
tio si quid peccauit, quod certe negligen-
tia aut laboris studiique TVI contemtu fa-
ctum non est, vel negotiorum, quibus di-
strahor mirifice, et pene obruor, multitu-
do excusabit, vel ipsa humanitas TVA ve-
niā dabit. Sententiam meam quod li-
bere dicam, candoris esse existimo, officiū
que, neque TIBI ingratum fore spero. Li-
bere in rem TVAM vtere his cogitationi-
bus, quas sin minus TIBI approbauerō, re-
iici aequissime feram.

Quae ad priorem elaborationis TVAE
partem seu praefamen alterius moneam,
huc redeunt.

Primum impense laetor et vehementer
laudo animum, quem copiose significasti,
propositumque celebrandi DEVm omni vi-
rium contentionē, et certus confido, arden-
tissima haec desideria diuinitus profecta
felici successu haud iri destitutum. Neque
improbo consilium, quod cepisti duplex
et

et variandi saepius obiectum argumentumque laudum diuinarum, et obuia quaevis, ne litteris quidem exceptis studiisque grammaticis, quae quotusquisque non a pietatis in DEVM ardore fouendo augendoque alieniora arbitraretur, sanctissimo huic fini consecrandi. Omnis rerum litterarumque vniuersitas latissimum TIBI campum aperiet adeundi vbique DEVM praesentissimum fruendique per omnia suavisima ipsius contemplatione.

Duo tamen sunt, in quibus non eadem prorsus TECUM sentio, maiorique cautione et circumspectione opus esse existimo.

Vnum ad delectum mediorum in universum omnem pertinet. In quo instituendo mihi quidem videris has leges verissimas utilissimasque minus obseruasse, media fini obtinendo debere conuenire et sufficere, eaque, quibus et plus et certius et facilius citiusque obtinetur, praferenda esse aliis, in quibus haec omnia desiderantur. Vnde obligatio enascitur prouidenti sedulo, ut in celebrando DEO, aliisque hominibus ad idem studium inflammmandis, et doctrinae adhibeantur certae ac foecundae, et modus proponendi facilis, planus atque captui profectibusque hominum, quibuscum TIBI res erit, accommodatus. Quam is omnino violat et negligit, qui doctrinis incertis et a plerorumque intel-

A a 4 ligen-

ligentia remotioribus certiores et euidentiores postponit, illis saltem aequat. Haud enim perinde est, qua via ad finem consequendum progrediari, siue breuiori et expeditiori, siue ambagibus. Nollem igitur in grauissimo concelebrandi DEVM negotio etymologiis vocum hebraicarum vti, quas indocti atque ipsum hominum hebraica intelligentium vulgus ignorant, et minus perspiciunt, doctiores vero aegre admittent, ad quorum difficultates superandus assensumque extorquendum multis longisque demonstrationibus opus erit.

Alterum ad phrases formulasque spectat et omnem scriptionis, qua vteris, indolem, quam abundare nimium arbitror allegoriis, accommodationibus, difficilioribusque phrasibus propheticis et typicis ex cultus *israelitici* umbris desumtis. Vereor enim, vt rudiores harum locutionum significationes sensumque assequantur, intelligentiores vero illis commoueantur, aut ad pietatis in DEVM virtutisque studium quisquam facile inflammetur. Praferrem saltem et in libris scribendis, et vbi publice verba facienda sunt, rudioque populus ad DEI cognitionem laudemque adducendus est, methodum planissimam et expeditissimam, eamque ob causam sollicite mihi temperarem a locutionibus licet blicis, difficilioribus tamen, quae exercitatum

tum gnarumque oraculorum diuinorum
lectorem requirunt.

In altera scripti tui parte seu ipso spe-
cimine etymologiarum et significationum
vocum hebraicarum ad doctrinas pietatis
in DEVUM demonstrandas adhibitarum, haec
in primis monenda esse duco.

I. *Posse has conclusiones pro piis auctiorique
profuturis accommodationibus haberi, lice-
re etiam, immo conducere homini DEVUM
spiranti ut, quidquid agat et meditetur,
animum rerum diuinorum doctrinarum-
que salutarium cogitatione pascat, siue iu-
dicia veri certique deriuatione id fiat,
siue ingeniosa idearum combinatione ima-
ginationis ope instituta. Laudarem ho-
minem, qui in lingua graeca, latina et ipsa
vernacula tractanda idem ageret, ut, quo-
tiescumque diuersas vnius vocis significa-
tiones deprehendit, ex comparatione ea-
rundem instituta pias doctrinas deriuaret,
iisque animum ad DEVUM erigeret. TIBI
certe omnia proderunt, quae frequentio-
rem intimoremque cum DEO familiarita-
tem promouebunt, eaque omnia oppor-
tuna erunt, quae DEI cogitationem exci-
tabunt. Parum enim TVA referet, dummo-
do DEO occupaberis, qua via ad hanc co-
gitationem peruereris, aut quam occasio-
nem habueris sacra cogitandi.*

A a s

II.

II. *Ad alios DEO conciliandos, animosque conuincendos et flectendos minus valere. Certitudine et euidentia opus est, vbi aliorum res agitur. Quae ab hac methodo longissime abest. Nam*

1) *ipsa significatio vel supponi assimi- que debet, vel probari efficique. Prius certum doctrinarum deriuandarum funda- mentum, demonstrandiique principium non dabit. Posterius plerumque adeo expe- ditum non est, ut facile et certo peraga- tur.*

2) *Diuersitas praeterea significationum inter se conferendarum aequae demonstrari debet, ne gratis petita et assumta videa- tur. Quod aequae si non magis difficile erit. Constat enim inter omnes, quam dissideant etymologi et lexicographi in scribendis familiis et genealogiis significa- tionum singulis vocibus tribuendarum, ut quas hi diuersas esse significationes pro- nuntiant, illi si non speciosius aequae fal- tem verisimiliter differre negent, atque pro impropriis duntaxat eiusdem significa- tionis principis, quam tamen ipsam ne- que omnes eandem reputant, sumptionibus habeant.*

3) *Res denique ipsa seu doctrina et conclusio ex illa significationum compara- tione elicienda, aliunde iam nota, certa et demonstrata esse debet, nisi falsas erro- neas-*

neasque doctrinas aequae ac veras legitimasque exinde deducere volueris. Quidquid autem falsis conclusionibus aequae inferuit ac veris, pro fundamento demonstrationis aut principio conuictionis haberinequit.

III. *Hanc hypothesis vel supponere vel ex ea consequi saltē, linguam hebraicam DEVūm ipsum auctōrem habere, inspiratamque fuisse primis hominib⁹.* Soli enim DEO omnium rerum, futurarum etiam, gnaro hae doctrinae salutares de peccatoris ad se redditu ante lapsum cognitae et perspectae fuerunt; solus igitur DEV⁹ linguam vocumque significaciones his doctrinis repraesentandis accommodare potuit. Quod si quis amplectetur statueretque, atque adeo arbitriam hominum determinationem non solum a vocibus ipsis principeque significatu figendo, verum etiam a reliquis omnibus significationibus mediatis et secundariis accommodandis penitus excluderet; ipse facile senties, quibus difficultatibus se implicaret. Si vero ad homines referatur hoc negotium, omni fundamento destituerit haec concludendi ratio.

III. *Laborare eandem hypothesis methodumque multis incommodis, a quibus homini veri rectique cupido sedulo cauendum est.*

i) Apud nosmet ipsos prouidendum studiose est ne ingenio et imaginationi

nimum indulgeamus. Ingeniosa fortitorum combinatione facile habitus contrahitur, qui a leuioribus rebus litterisque ad grauiores transit non sine detimento et iactura conuictionis, et legitimae diiudicationis. Os loquitur ex abundantia cordis. Quae multum meditamur et mente volvimus, ea etiam loquimur, docemus aliisque proponimus. Vita praeterea breuis est, ars longa, Tantum autem detrahitur necessariis grauioribusque meditationibus, curis et studiis, quantum tribuimus minus necessariis, gratis et iucundis ad delectationem nostram magis quam aliorum emendationem profuturis.

2) Apud alios autem cauendum omnino est, ne vel aliorum credulitate et ignorantia abuti velle videamur, vel infirmioribus lubricam viam praecamus, qua in grauissima rerum discrimina abducantur, vel ipsis empaectis irrisoribusque sacratissimas doctrinas contemtui exponamus, cauillandiique occasionem praebeamus. Aliorum periculo sapere praestat, quam suo proprio. Frequentissimae patrum antiquorum hallucinationes, qui optima quidem mente infelici tamen successu allegoriis mirifice indulserunt in interpretandis dei oraculis, iisque ad errores varios abripi se passi fuerunt, cautores nos reddere debent in ipsa rerum diuitius propositarum, narrationumque biblica-

blicarum, accommodatione, multo autem magis in ipsis vobis significationibus ad hunc usum doctrinarum eruendarum accommodandis. Non defuerunt inter mysticos scriptores, recentioresque theosophicos atque fanaticos, a quibus tamen te abhorre satis cognoui, mysteriorum ex vocibus et *germanicis* et *latinis* quid quod hebraicis perperam plerumque intellectis erutorum iactatores. Cabballistarum conjecturis et opinionibus friuolis ac pericolosis subinde eaedem rationes praetenduntur, idemque color inducitur, ut foecunditate sensus reconditi, atque in ipsis litterarum permutationibus calculisque ductis latentis, ad DEVUM celebrandum idonei semetipsos et alios circumueniant. Ipsa denique quorundam recentiorum opinio, tribuendi singulis litteris *hebraicis* peculiarem significationem formalem ex ductu et figura sonaque determinandam, deriuandique vocum significations ex compositione harum significationum, eidem fonti originem debet.

V. Inductionem exemplorum, qua potissimum niteris, tum minus sufficere ad sententiam TVAM efficiendam, tum lubricam esse et incertam.

I. Omnia singularumque vobis *hebraicarum* examine et inductione opus foret, ad demonstrationem eiusmodi a posteriori institutam rite conficiendam, quae tamen ipsa

ipsa nihil efficeret aliud, quam rem ita se habere posse, ipsique vocum et significacionum naturae non repugnare, nondum autem commonstrareret certo eam ita se habere actu. A posse enim ad esse non valet consequentia. Posset aliquis, qui ingenio et otio abundat, ex singulis mathematicorum figuris accommodationes spirituales elicere, prout nonnulli omnem rem militarem machinarumque bellicarum usum ad res diuinias internaque animi lucram pingendam pie satis accommodarunt: neque tamen perfecto hoc negotio cuiquam constaret, demonstratumque esset, figuras mathematicas hunc sensum eamque doctrinam inferre aut producere, eique eruendae inferuire. Multo autem minus ex unius alteriusue, paucorum saltem exemplorum, inductione quidam concludi potest.

2. Ostenderem facile per singulas voces iturus tum neque significationum determinationem, neque earundem diuersitatem certam esse, arque hic perperam assumi: tum falsa et erronea porismata aut conjectaria ex illis aequi fluere ac vera et a te deriuata. Quod breuitatis studio in duobus primis exemplis prolati tantum peragam.

a) **¶** neque tres diuersos significatus habet, neque si haberet, eo ordine se exciperent: significat enim proprie **f***irmum* et **s***tabilem esse*, in hiphil **f***irmum* et **s***tabilem reputare*

all.

aliquem, fide dignum habere et actu declarare atque adeo *credere alicui*; peculiaris ille alter significatus arctioris amplexus et nutritionis, restrictiori tantum determinacione principis significationis absolutitur, ut indicet firmiter tenere aliquem, confirmare, firmum stabilemque se praestare erga aliquem et in aliquo fouendo. Vnde aliquis concludere posset, 1) neminem fide seruari, qui constantiam suam non per aliquod tempus DEO probauerit; 2) DEVUM, ut qui firmus et stabilis sit, licet homines fallantur animumque mutent, in gratiam recepris, etiam si peccent voluntario, fidum manere, ipsosque paterno amplexu fouere, ut salutis iacturam, ne per grauissima facinora quidem, facere nequeant.

b) **רְשָׁוָן** significat non in viam dirigere sed *progreedi* atque adeo felici progressu optatoque successu rerum suarum gaudere, *felicitatem esse*. Vnde hos errores aliquis elicere posset 1) neminem fide in CHRISTVM seruari et felicem euadere sed legitima bonorum perpetratione, operibus bonis gressibusque recte ordinatis: 2) salute et felicitate aeterna excidere, qui sero et breui ante mortem ad DEVUM convertuntur, quum ad felicitatem consequendam longiori progressu in tramine virtutis opus sit. Ex quibus satis apparet, consectaria aliunde diiudicanda esse, neque hanc eorum deriuationem ex significa-

ficatione vocum diuersa inter se compara-
ta quidquam demonstrare.

Habes iam, carissime N. sententiam, quam
me rogasti. Vides quo loco habeam con-
silium conatumque **TVVM**, quem neque re-
iicio, aut minoris facio, quam par est, ne-
que per omnia approbo, aut securum sa-
tis existimo, sed suis limitibus circumscribo
ut non solum laudabili desiderio ardori-
que **DEVM** celebrandi iustum pretium sta-
tuatur, verum etiam euitatis periculis et
abusibus verus et legitimus huiusmodi
meditationum usus obtineatur. Vale re-
ctissime, deo spiritusque diuini sanctiori
moderamini ardentissime a me com-
mendatus. Dedi Halae d. XIII.

Mai c*o*cc*xxxix*.



(1/2)



f
Sb.
VDTB

